



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**

ginis ante Nativitatem, Ave MARIA 7. sic inquit : Egregiè & apertè describitur hæc singularis Dei sponsa in Canticis, lilium inter spinas, rota pulchra, in qua macula non est, &c. Et Ave MARIA 10. *Hæc unà cum animæ infusione ( ne unquam peccati vea, Dei inimica, iræ filia, & demonis serva existat) ab originali labe (singulari privilegio) à multis piè putatur præservata, & Spiritus Sancti gratiâ repleta. Et omnia decem Ave MARIA sunt pro Immaculata Conceptione. Item, folio 164. in Litania : Per salutarem Conceptionem tuam, libera nos Virgo gloriosa. Impr. Antuerpiæ 1604. in 12.*

## V

**VALENTINA** Pinelò, Monialis Sancti Leandri, Ordinis Sancti Augustini Hispana, in libro Excellentiarum S. Annæ, part. 2. cap. 2. sub tit. *De la pijsissima Concepcion de nuestra Señora, y de sus dichosísimos padres. Et in duobus capitibus sequentibus, agit etiam de Concept. c. 3. titulo: En que se trata de la limpsissima Concepcion de la Virgen, por algunos lugares de la sagrada Scriptura figurada. Cap. 4. Como se le da honra à Christo hijo del eterno Padre en aprobar, y creer la limpieza de la Concepcion de su Madre. Quæ omnia extant à fol. 129. usque 148. Lib. impress. Hispali 1601. in 4.*

**VALENTINUS** à S. Amando, Ordinis Carmelitarum, in Theologiâ habitâ Lovanij die 6. Maji 1659. Thesi 14. de Originali, hæc inquit: *Excipite MARIAM, quæ ab illo omniq. ejus debito, Maternitatis Dei titulo immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

**VALENTINUS** de Erize Pampilonensis, Societatis Jesu Hispanus, in quatuor Tractatibus in primam partem D. Thomæ, tract. 3. disput. 24. An confirmati in gratiâ, seu eximie prædestinati, sint efficaciter electi inter alia num. 32. fol. 485. inquit: *Quodd voluntati Christi Domini ratione unionis intrinsecæ debebatur non solum connaturaliter, sed etiam essentialiter negatio concursus ad peccandum; Beate verò Virginis MARIÆ hæc negatio nec connaturaliter, nec essentialiter debita est, sed ex privilegio vel ratione præordinationis ad dignitatem Matris, si constituitur impeccabilis ab instanti Conceptionis; vel ratione dignitatis maternæ, si impeccabilis constituitur solum post conceptum Verbum Dei: quorum utrumque ego libenter do Beate Virgini, cum in neutro sit repugnantia, & ad utrumque habeamus non contemnenda fundamenta, &c. Deinde agit de præservazione Virginis ab originali, & adducit decreta Pauli V. & Gregorij XV. Vide & lege ipsam usque ad num. 51. nam plura adducit pro impeccabilitate Beate Virginis ab instanti Conceptionis. Item, disp. 35. de Remedio sufficienti parvulorum, tract. 3. cap. 2. folio 191. ubi affirmat, omnes parvulos habuisse auxilium sufficiens (quod & probat) inquit: *Secunda de promittitur ex Christi redemptione, quæ etiam universalis fuit pro omnibus & singulis, nullo excepto, oblata. Nam ut omnes in Adam peccaverunt, nullo excepto (non loquor de Beatissima Virgine MARIA, quia ipsius privilegia omnem naturalem cursum superant) ita denuo omnes hos, quos Christus redemit, quique in primo Adam lapsi sunt, voluit salvos efficere, &c. Lib. impress. Pampilonæ 1623. in fol. Vide alia in Indice, verb. MARIA Mater Dei.**

**VALENTINUS** Gerardus, Doctor Gallus, in libro dicto: *Triumphus Virginis MARIÆ, part. 3. discurs. 2. pag. 753. agit de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, ut refert Anonym. Franciscanus in Catal. Auct. 37.*

**VALENTINUS** Leuchtius, vel Levethius Germanus, edidit Mariale, in quo *mysterium Immaculatae Conceptionis* propugnat & defendit. Impr. Moguntia, teste Hippolyto Marraccio in Catalogo, ad annum 1603. & in Bibliotheca fol. 426.

**VALENTINUS** Mantuanus de Monte del Olmo, Ordinis Minorum Italus, in libro: *Gemma pretiosa seu inestimabilis margarita, concione 12. fol. 237. de Conceptione Virginis MARIÆ, ac ejus præservatione à peccato originali, latissime fetè per totam concionem. Lib. impress. Florentiæ 1615. in 4. Item, fol. 158. inquit: Dico che MARIA Vergine fu francha dal peccato originale per gratia & privilegio, &c. Sic Andreas de Peruzzinis in Analyfi Immacul. Concept. artic. 2. fol. 111.*

**VALERIUS** de S. Joanne Baptistâ, Ordinis Sancti Augustini Italus, in libro: *Novo Rosario delli setti dolori, & sette allegrezze del glorioso S. Gioseppo, &c. fol. 123. s. 4. inquit: E si non ch' in tutti l'altre feste la Beata Vergine riceve qualche cosa da Dio. Nella Conceptione sua l'anima bella è piena de tutti i beni spirituali nell' Annuntiatione l'esser Madre de Dio, &c. Lib. impress. Neapoli 1642. in 12. Vide alia ibi pro Virginis puritate.*

**VALERIUS** Malagutius de Valeriis, Patricius Rhegiensis, in libro cujus titulus est: *Sacri applausus Beate MARIÆ Virginis, à diversis in ejus translatione excitati, folio 12. 18. & 31. adducit Carmina Latina pro immunitate Virginis Dei Matris MARIÆ, &c. Lib. impress. Mutinæ 1619. in 8.*

Item, in libro Italico titulato: *Sacri applausi volgari, & Latini alla Beata Vergine MARIA nella traslatione della sua miraculosa imagine de Reggio, in duæ parti divisi, &c. sparsum multa adducit pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali, &c. Lib. impress. Mutinæ 1619. in 8. & extat simul ligatus cum Latino supra posito. Vide ejus Pœma folio 162.*

**VALERIUS** Piquier, Societatis Jesu Hispanus, transtulit in linguam Hispanicam Kalendarium Marianum Antonij de Balinghen, in quo fol. . . . ad diem 8. Decembris agit de *Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione. Lib. impress. Cæsaraugustæ, an. 1654. in 4.*

**VALERIUS** Polydorus, Ordinis Minorum Paduanus, in libro: *Le Religiose memorie della Chiesa de S. Antonio de Padua, cap. 4. de la Confraternità della Conceptione de MARIA Vergine fundata in questa chiesa, fol. 34. sic inquit: Nel cap. 31. dissi abastanza del altare nominato de la Madona nel Pilastrò, efeci sapere in quello esser fundata la veneranda Confraternità della Immaculata Conceptione della Vergine Madre, che fu instituita del dottissimo, è religiosissimo huomo Giacopino Malafosa da Barge nel Piamonte, P. Conventuale de S. Francisco, &c. Et proseguitur per totum cap. de Indulgentijs ejusdem Confraternitatis. Lib. impress. Venetijs 1590. in 4.*

**UDALRICUS** Gernich, Doctor Gallus, vel scripsit, vel edi curavit Expositionem in Epistolas D. Pauli & alias Canonicas, quas Jodocus Badius Ascensius insignis Typographus illustravit

suppresso nomine Auctoris, an. 1503. Hic ergo Auctor, vel qualicumque sit, in Epistol. Pauli ad Romanos 5. ad illud: Præterea, sicut per unum hominem, &c. inquit: Per eundem enim & nunc gloriamur, & postmodum gloriabimur per quem reconciliati sumus. Propterea sicut per unum hominem (scilicet Adam veterem & protoplastum) peccatum (scilicet originale) intravit in hunc mundum, id est, in omnes homines (*præter Christum & Matrem ejus*) in quo scilicet uno homine Adam, ut in materia, aut in quo, id est, in ejus peccato, aut in causa omnes peccaverunt, &c. Lib. impress. Parisijs 1503. in 4.

**VENANTIUS** Honorius Clementianus Fortunatus, Episcopus Pictaviensis, lib. 8. Poëmatum, sic de Beata Virgine **MARIA**, inquit:

*Figmentum figuli super omnia vasa decorum  
Atque creatura fulgida massa no. v.*

Hæc verba videntur indicare Immaculatam puritatem Virginis **MARIÆ**. Item, lib. 1. de Partu Virginis **MARIÆ**, sic de ea inquit:

*Nomen honoratum benedicta **MARIA** per ævum  
Ad laudem Artificis nobilis artis opus.*

*Dulcis, & Angelico pretiosa puella velatu,*

*Omnes ultra homines dona decoris habens.*

*Inde rubore rosus, candore hinc lilia vincens,*

*Flos novus è terra, quam polus arce colat.*

Item, ad illa verba Symboli: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex **MARIA** Virgine, inquit: Ille, qui de Patre ante sæcula natus est, postea de Spiritu sancto ejus templum in Virgine fabricatum intelligendum est: nam sicut in sanctificatione Spiritus nulla fragilitas extitit, sic nec in parte ejusdem causa corruptionis apparuit. Lib. impress. Romæ 1579. in 4.

**VIGILIUS** Beatus, contra Eutychium, fol. 6. & 36. Quæ benedictio cæli, nisi Verbum, quod de cælo descendit? & quæ est benedictio terræ habentis omnia, nisi Christi caro, quæ de terra, id est, de terreno Virginis corpore sumpta est, in qua omnium spiritualium gratiarum redundat veritas, & totius benedictionis fructus exuberat? &c. Lib. impress. cum Georgio Cassandro Parisijs 1616. in fol. & alibi sæpe.

**VINCENTIUS** Artianus, Ordinis Minorum, typis mandavit Sermones, sub titulo *Immaculate Conceptionis Virginis **MARIÆ***, quorum secundum dicavit D. Gaspari Benemerin Serenissimo Infanti de Fez. Impress. Neapoli 1615 in 4.

**VINCENTIUS** Auructius de Todi, Doctor Italus, in libro dicto: Rituario che tener se deve, chi avendo cura d' anime desiderano come buoni pastori vegliari sopra il grege al loro commesso da Dio, &c. fol. 227. offert Deo Patri omnes gratias, quas habuit Virgo **MARIA** à sua Conceptione, usque ad Assumptionem in cælum, &c. Lib. impress. Mediolani 1613. in 8.

**VINCENTIUS** Bertinus, Ordinis Minorum Italus, edidit Sermonem de sancta *Deipara* Conceptione sub metaphora Turris Davidicæ, in solemnè Episcoporum concursu habitum. Neapoli 1625. An verò hic fuerit distinctus à Vincentio Sartiano infra posito, ignoro.

**VINCENTIUS** Blasus de Lanuza, Historiographus ac Doctor Hispanus, Canonicus Casaraugustanus, libro 3. suarum Historiarum Ecclesiasticarum & Sæcularium, de fundatione *Conventus Domine nostræ Conceptionis de Ariza Fratrum*

*Franciscanorum*, Caput unum, quod est in ordine 55. Item, de eadem fundatione *Conventus Conceptionis de Ariza*, cap. 17. Impress. Casaraugustæ 1622. in folio.

Item, de Revelationibus factis Hippolytæ de Truxillo circa *Immaculatam Conceptionem Virginis **MARIÆ***, tomo ultimo lib. 13. cap. 38. Vide Antonium Dazam, cap. 6. fol. 44.

**VINCENTIUS** Brigantius, Presbyter Anconitanus, in lib. Historia della traslatione della S. Cassa de la Madonna à Loreto, già scritta à Clemente VII. Pontific. Max. da M. Girolamo Angelita &c. ad Lectorem folio 1. inquit: Sopra tutti gli ordini de Santi non è dubbio alcuno che deve esser proposta l' incorrotta Vergine Madre delle Unigenito, quale multo prima chela terra fosse fatta & avanti à tutti y secoli fu in mente di Dio per sua tabernaculo riservata. E tanto ella fu piu eccellente digli altri Santi, quanto fu eletta prima di loro, & che senza macchia alcuna fu conceputa, &c. Lib. impress. Maceratæ 1628. in 12.

**VINCENTIUS** Brunus, Societatis Jesu Italus, in libro seu tomo Meditationum de Septem festivitibus principalibus Beate Virginis **MARIÆ**, p. 4. Meditatione 1. agit de Conceptione *Beatissime Virginis Matris Dei*, à fol. 1. usque ad 44. Item, adducit de eadem festivitate *Conceptionis* colloquium. Item, pro eadem festivitate *Conceptionis* documentum. Impress. Venetijs 1594. & 1598. in 12. Italicè & Latine. Colonie Agrippinæ 1607. & 1599. in 12. à fol. 1. usque 32. Est etiam à Moguntino Collegio Latinati donatus, & imp. Lugduni 1607. in 12. Et Mediolani 1602. in 12. Vide etiam, fol. 9. ad illud: *Gratiâ plena*, (in alijs est, fol. 10.) ubi eam immunem prædicat à peccato originali.

**VINCENTIUS** Burgundus, Episcopus Beluacensis, Ordinis Prædicatorum, in Bibliotheca mundi, seu Speculo majori, tom. 4. lib. 7. cap. 121. fol. 266. inquit: Igitur ex libris & sermonibus quos idem beatus vir Ildephonsus de Beata Virgine luculenter edidit, hæc pauca excerpti: Ildephonsus contra eos, qui disputant de virginitate ejus & parturitione: Beata Virgo **MARIA**, nisi in utero matris sanctificata esset, minime ejus Nativitas colenda esset. Nunc autem quia auctoritate totius Ecclesiæ veneratur, constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse, per quam non solum maledictio Evæ matris soluta est, verum etiam benedictio omnibus condonata. Nullus ergo quando nata est delictis subjacuit, nec originale peccatum in utero sanctificata contraxit, &c. Lib. impress. Duaci 1624. in fol. magno. Quod in istis verbis Sanctus Ildephonsus neget in Virgine **MARIA** peccatum originale, ipsa luce clarius est, de quo dixi suo loco. Si ergo Vincentius hanc non sequeretur sententiam, minime illam transcriberet in suo libro pro prima, præcipua ac principali.

Item, citatur à Cardinali Joanne Vitali in suo Tract. lib. 4. ancill. 7. pro *Immaculata Conceptione Virg. **MARIÆ***, lib. 7. cap. 6. & lib. 8. cap. 121.

Item, edidit Opusculum de Laudibus Beate Virginis **MARIÆ**, in quo cap. 6. agit de ejus sanctificatione in utero matris sue, & adducit auctoritatem Sancti Ildephonsi supra relatam, & nullum ibi est verbum, ex quo colligi possit eum contrariam sustinuisse sententiam. Lib. impress. absque loco impressionis anno 1481. in folio, & extat in Bibliotheca Sancti Laurentij Scorial. Pluteo 318. Vide supra

supra Nicolaum Grenierum circa hujus libri Auctorem, & titulum de Sanctificatione.

VINCENTIUS Carrafa, Societatis JESU Neapolitanus, edidit sub nomine Aloysij Syderei Opus prænotatum: Iter ad cælum, seu Practicas spirituales, in quarum 2. p. fol. 36. inquit: Con profundissima, & humilissima reverenza adoto purissima Vergine il Sacrosancto mysterio de la tua Immaculata Conceptione. Impress. Neapoli 1641. Ita Hippolytus Marraccius in Catal. Marian.

VINCENTIUS Cassali Bononien. Massanen- sis Episcopus Italus, inter festivitates, quæ tam de præcepto quàm de probata consuetudine observantur in civitate Messana, enumerat Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis, &c. Vide Verb. Massanen- sis Ecclesiæ.

VINCENTIUS de Cassali, Ordinis Prædicato- rum Italus, edidit Tractatum de Conceptione Beatæ Virginis eruditum. Ex Marraccio, & Leone clas- se 9. ad annum 1517. & Ildephonso Fernandez classe 6. Tamajus de Salazar fol. 248. Ex Philippo Bergomen. libro 13. Chronic. ad annum 1417. fol. 228. Antonius Senensis in Bibliotheca fol. 265. Præcipuum autem argumentum, quod pro pia scripserit opinione, est; quia Adversarij non citant ipsum, ut videre est in Ventilabro Veritatis.

VINCENTIUS Ciconia, Presbyter Veronen- sis Italus, in Opusculo de Septem verbis à Chri- sto in Cruce prolatis, sermone 3. fol. 133. ad illa verba: Mulier, ecce filius tuus, inquit: Mulierem ergo & non Matrem appellat, ut fidei illius viraginem & præstantiam commendat; quia mulier intrepida & immobilis juxta crucem stabat, quod magnum atque heroicum factum cum quibusvis ma- tribus & mulieribus commune illi esse non poterat. Eam autem non appellavit. . . . . id est foeminam; est enim nomen sexus, quod ferè semper in malam partem accipitur, . . . . . id est mulierem, sed potiùs viraginem appellavit, quod significat mulierem virili animo præditam: quo etiam no- mine appellata est prima illa mater nostra Eva, quamprimum fuit ex costa Adæ ab ipso Deo for- mata. Ait enim de illa spiritu Dei afflatus Adam: Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est; MARIA verò eodem vocabulo appellatur à Christo cælesti Adam, non quod ex viro, sicuti aliæ mulie- res, sit assumpta; sed quod potiùs vir ille, de quo Moyse ait: Deus vir pugnator, ex illa sit assump- tus, à qua etiam nomen filij hominis traxit. Non est igitur hoc vocabulum. . . . . id est virago, om- nibus foeminis, aut matribus commune; sed his tã- tum in quibus heroica quædam virtus inest, quæ contra omnia mala ingruentia immobiles persis- tant. Cum igitur Christus Matrem suam mulierem, seu potiùs (si dicere licet) viram appelleret, honori- ficentissimo & planè heroico nomine eam deco- rat, quo heroicum & invictum illius animum om- nibus notum faciat, &c. Et infra, folio sequenti scilicet 134. inquit: Sed majorem adhuc animad- vertere honorem, quo Matrem suam his verbis af- fecit ipse Dei Filius, dicens: Mulier, ecce filius tu- us. Nam quemadmodum primus Adam è terra ter- renus, Evam adhuc virginem matrem cunctorum viventium appellavit, eò quod omnes viventes ab ea secundum carnem deducendi essent; ita se- cundus Adam de cælo cælestis Christus constituit Matrem suam adhuc Virginem in matrem cun- ctorum viventium secundum spiritum; ut quem-

admodum ex illa cognatio carnalis, ita ex hac cog- natio spiritualis contrahatur & deducatur. Id- circo dixit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Qua- si diceret: Volo mulier, ut qui sunt Evæ filij secun- dum carnem, tibi in filios deputentur per fidem secundum spiritum. Ideo dixit Joanni: Ecce Ma- ter tua. Quasi diceret: O filij Adam! jam non est vobis ampliùs attendendum ad primam illam matrem vestram carnalem; hanc enim vobis in matrem constituo, &c. Lib. impres. Venetijs 1563. in 8. Fateor, quod hæc auctoritas à longè nimis tangat vel respiciat Conceptionem Virgineam; sed illam adduxi quia liber est singularis, & quia tan- dem eandem attingit hoc modo. Si enim Virgo nihil commune habuit cum alijs mulieribus; igitur ne- que originale. Item, si MARIA non fuit assumpta de viro sicuti aliæ mulieres; igitur non contraxit origi- nale: quia hoc non potest verificari de genera- tione, quia à viro genita est; igitur debet verificari quoad modum, scilicet, quod non sit assumpta à vi- ro cum peccato originali, sicut aliæ foeminæ. Item, commendat illius invictum animum; non autem esset invicta ejus anima, si originali peccato fuisset victa & superata. Ac tandem: si Virgo semper hic constituitur quasi esset in paradiso ante peccatum Adami & Evæ, sequitur quod fuerit sicut in para- diso concepta absque macula ulla.

VINCENTIUS Doësmier, Doctor Medicus Gallus, curavit ut typis mandarentur Opera seu O- puscula Jacobi Almayni, in quibus celebris illa continetur Quæstio de Immaculata Conceptione Virgi- nis MARIÆ, ut refert Oliverius de Lyon in pro- logo ad Lectorem in Operibus Almayni, fol. ult.

VINCENTIUS Crespus de Moya, Poëta His- panus, scripsit Carmina de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ. Impress. cum alijs Granatæ 1651. fol. 295. & alia fol. 307.

VINCENTIUS Espinel, Poëta Hispanus, in Cantione de Assumptione Virginis MARIÆ, eam vocat Immaculatam ac puram. Ita in libro Florum Poëtarum illustrium parte 1. folio 166. Impress. Vallisoleti 1605. in 4.

VINCENTIUS Estevanez, Episcopus Pacen- tis, qui floruit ad annum 1341. fundavit in eadem Civitate Confraternitatem Conceptionis, cum al- tari ejusdem, ut apparet ex sequenti Constitutione existente in eadem Ecclesiæ: Este es el fuero que mandaron facer, è ordenar los Cofrades de Señora Santa MARIA de Concepcion à honor de Dios è de la Vir- gen gloriosa Santa MARIA de Concepcion, è à honor de todos los Santos è santas de la Corte celestial, è à honor del muy noble Perlado è Señor D. Vicen- te por la gracia de Dios è de la Santa Iglesia Obispo que fue en esta ciudad de Badajoz, que Dios per- done, que la edificò è fiço su altar, è se consagrò, è dixo è celebrò el divinal oficio el por la su noble- za, è por la su alteza, &c. Vide ibi.

VINCENTIUS Ferrer, Ordinis Prædicato- rum Sanctus ac Hispanus, in 3. parte suorum Ope- rum seu Sermonum, quæ de Sanctis appellari so- let, fol. 5. super illa verba Prover. 8. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram; habet de Conceptione Virginis MARIÆ Sermonem, in quo mul- ta ac varia dicit; sed solum illa transcribam, quæ indicare possunt, qualis fuerit ipse mens in hac materia. Positis igitur quinque conceptionibus, quibus potuit concipi Virgo MARIA, scilicet divi- nali, Angelicali, humanali, scripturali, & ma- ternali

ternali / de Conceptione Angelicali, sic inquit: Cogitate quomodo *Sancti Angeli conceperunt illam sanctam Virginem in mentibus eorum*, per quam eorum ruina repararetur, & inceperunt tripudiare & facere magnum festum, &c. Ecce Virgo MARIA quomodo fuit concepta in mentibus Angelorum, &c. Hæc Vincentius. Igitur si tripudiarunt Angeli in Conceptione Virginea, gloriosa fuit illa Conceptio & in gratia: nam si esset in peccato, non tripudiarent, neque magnum festum agerent, sed magnum luctum. Item, fol. 6. col. 4. de Conceptione humana, inquit: Alii fuerunt Adam & Eva, quia caput humanæ generationis; altiores quantum ad locum paradisi terrestri; altissimi quantum ad iustitiam originalem & sanctitatem, quibus ergo MARIA fuit columna nubis ardorem dolorum refrigerantis. De ista Conceptione dicit thema: Nondum erant abyssi, scilicet mortis & damnationis, quia adhuc nullus fuerat mortuus, & ego jam concepta eram in mente humana &c. Si MARIA fuit columna refrigerij iustitiæ originalis, quomodo poterat ipsa carere? Si nondum erant abyssi mortis & damnationis, & jam erat MARIA concepta in mente humana, quomodo incurreret in sua Conceptione mortem & damnationem? Item, in quinta Conceptione materiali adducit sex gradus sanctificationis, & inquit: Quartus est in utero matris, ut Jeremias. Antequam exires de vulva sanctificavi te, Jerem. 1. Sanctificatus est in utero, quia dicit: Antequam exires de de utero. Quintus gradus est maior, & non legitur nisi de B. Joanne Baptista, qui per tres menses ante ejus Nativitatem fuit sanctificatus: Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, Lucæ 1. Dicit Chrysostomus, quod in salutatione Virginis & Elizabeth, quando exultavit Joannes in utero, fuit sanctificatus. Sextus gradus, & super omnes alios est sanctificatio Virginis MARIE, quia non quando debuit nasci, nec in ultimo die, nec hebdomada, nec mense; sed in eodem die & hora formato corpore & anima creata, quia tunc fuit rationalis & capax sanctificationis, fuit sanctificata. Auctoritas propria: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. Nota: fluminis impetus fuit sanctificatio Virginis MARIE, quia sanctificatio aliorum Sanctorum non dicitur fluvius, sed una gutta gratiæ. Bernardus: Cæteris per partes datur gratia spiritualis, MARIE autem tota se infudit plenitudo gratiarum. Impetus scilicet sanctificationis, quia eadem hora, non expectavit diem, hebdomadam, &c. Lætificat civitatem Dei, scilicet Sanctos Angelos. Ratio, quia si gaudium est Angelis (ut dicitur) super uno peccatore poenitentiam agente; non mirum si fecerunt festum de illa, quæ nunquam peccavit, nec corde, nec ore, minus opere. Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus, scilicet Virginem MARIAM, quæ fuit Tabernaculum Dei. Legitur Exod. ultimo, quod Moyses ex præcepto Dei fecit Tabernaculum. Quando enim corpus Beate Virginis fuit organizatum & delineatum, & anima conjuncta corpori per creationem, tunc Altissimus sanctificavit Tabernaculum suum. Scitis qualiter? sicut constructa Ecclesia, & non antea, intrat Episcopus ad consecrandum; ita de Virgine MARIA, postquam corpus fuit organizatum & anima infusa, venit Episcopus, scilicet Spiritus Sanctus, qui eam sanctificavit. Auctoritas: Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes Tabernaculum testimonij, & gloria Domini

implevit illud, Exod. ultimo. Tertia ratio, quia fuit conservata firmiter. Joannes Baptista & Hieremias fuerunt sanctificati; sed Beata Virgo fuit ita firma, quod nec ore, nec corde peccavit aliquo modo. Ideo David dicit: Deus in medio ejus non commovebitur. Moveri & cadere differunt: cadit homo & prosternitur per mortale peccatum, & commovetur per veniale. Modò nunquam fuit Sanctus qui non ceciderit per mortale, vel fuerit mortuus per veniale, Christo & Virgine MARIA exceptis. De Christo non est dubium; sed de Virgine MARIA dicit Scriptura: Deus in medio ejus non commovebitur, non solum: non prosternetur. Ideo Bernardus: Puto, quod copiosior sanctificationis benedictio, quam in alios in utero sanctificatos, in eam descendit, quæ non solum ipsius ortum sanctificaret, sed & vitam ejus ab omni peccato deinceps immunem conservaret, quod alteri nemini in natis quidem mulierum creditur esse donatum. Ergo dignum est, quod de ejus Conceptione materiali dicit Virgo in themate: Nondum erant abyssi, scilicet Evangelistarum, Prædicatorum, Apostolorum & Ecclesiæ determinationum, & ego jam concepta eram. Hucusque Sanctus Vincentius, quibus suum concludit Sermonem de Conceptione; ubi pauca & breviter aliqua adnotabimus. Et primum sit, quod ea quæ in toto isto Sermone dicuntur, non intelligit nec explicat Sanctus Vincentius de conceptione spirituali, physica, reali & naturali; ut ex ultimis verbis constat. In aliis videat, legat ac perpendat lector, an sit verbum aliquod contra Immaculatam Virginis Conceptionem, quia ego nec apicem invenio, imo omnia sunt pro ipsa illibata Conceptione: solum enim dicit, quod eadem die & hora, in qua fuit formatum corpus & anima creata, quando potuit dici natura rationalis, & fuit capax sanctificationis, tunc fuit sanctificata. Quid verius, quid conformius sacre Scripturæ, Theologiæ, Patribus ac nostræ sententiæ? Sed in primo instanti illius horæ, quando formatum fuit corpus, anima creata & infusa, fuit capax sanctificationis; ergo in illo instanti fuit sanctificata secundum mentem & sententiam Sancti Vincentij. Si per guttam gratiæ fuerunt sanctificati Hieremias & Joannes; & in illa hora, in qua fuit sanctificata Virgo fluebat fluminis impetus gratiæ; igitur in eodem puncto & instanti, in quo aperta fuit porta vitæ, in eodem fluxit cum impetu & impetuosè illud gratiæ flumen in illam benedictissimam animam jam rationalem, & capax sanctificationis: quia nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia; & non mirum si tunc fecerunt festum Angeli de illa, quæ nunquam peccavit. Hoc festum fuit in illa Conceptione secundum Sanctum Vincentium; quomodo ergo si peccato originali fuisset infecta, verificaretur illud: Et fecerunt festum de illa, quæ nunquam peccavit. Ut omnino tuus quiescat intellectus, & omnis auferatur ratio dubitandi, iterum lege illam sententiam Vincentij: Quando enim corpus Beate Virginis fuit organizatum & delineatum, & anima conjuncta corpori per creationem, tunc Altissimus sanctificavit tabernaculum suum. Perpende illud, tunc. Ultima corporis organizatio, creatio animæ, & unio ad corpus fuit in instanti, & tunc dicit Sanctus Vincentius, quod fuit sanctificata; ergo in illo primo instanti ultimus lapis illius rationalis & virgineæ Ecclesiæ fuit positus in instanti, & in eodem

dem intravit Spiritus sanctificans; igitur in eodem fuit sanctificata. Tandem nota illud: Omnes Sancti vel ceciderunt, vel ad minus moti sunt, excepto Christo & Virgine MARIA. Et interrogo, per peccatum originale homo cadit, vel movetur: meo iudicio, non solum movetur; sed cadit, & prosternitur usque ad infernum; quomodo ergo salvabis dictum Sancti Vincentij, quod exceptis Christo & MARIA, omnes alij Sancti vel ceciderunt, vel moti sunt? Dices forsitan, quod hic Sanctus Vincentius loquatur de peccatis actualibus, scilicet mortali & veniali, quæ exprimentur in textu; sed non vides, quod sermo est de Conceptione, & de illo die & hora in qua Virgo fuit concepta: quorsum tunc in Virgine disputandum erat de peccato mortali vel veniali? Sed hoc prætermisso, si æquali trutina loquatur de Christo & MARIA; & de Christo verificatur, quod nec cecidit, nec fuit motus, nec potuit cadere, nec moveri peccato actuali vel originali; cur excludis Virginem, quando Sanctus Vincentius non facit? Quos Sanctus coniungit, peccator non sepat.

Item, sermone 2. de Nativitate Virginis, fol. 115. inquit: Lux dicitur illa benedicta generatio Virginis MARIE, quia sine tenebra culpæ facta est: modo autem in generatione filiorum sunt multæ tenebræ propter intentionem corruptam parentum, sed generatio Virginis MARIE fuit ut lux. De ista luce habetur 2. Regum 23. Sicut lux auroræ oriente sole manè absque nubibus rutilat, sic ista conjunctio Joachim & Annæ luminosa fuit, &c. Et facta est lux. Ecce sanctificatio MARIE, non credatis, quod fuerit sicut in nobis, quia in peccatis concipimur & nascimur & nutrimur; quia si ante Baptismum fuissetis mortui, damnaremur, in limbo intellige. Sed statim postquam corpus fuit formatum & anima creata, tunc fuit sanctificata; ideo fit festum de ejus Conceptione, quia facta est lux, scilicet sanctificationis in ea, & statim Angeli in cælo fecerunt festum Conceptionis. Ideo David: Lux orta est iusto, scilicet Christus, ut sit Mater ejus, & rectis corde, scilicet Angelis qui non possunt inclinari ad peccatum, nec ad dexteram per prosperitatem, nec ad sinistram per adversitatem, nec ante per affectiones, nec retro per rancores. Ideo dicit: Rectis corde læticia, &c. Clarius locutus est Sanctus Vincentius in hoc sermone: quia si generatio MARIE fuit lux, & sine tenebra culpæ; igitur absque tenebra & caligine peccati originalis. Et si illa generatio non fuit, sicut in nobis, qui in peccatis concipimur, nascimur & nutrimur, ergo ut esset aliter, necesse fuit, quod illa non conciperetur, nec nasceretur, neque enutiretur in peccatis. Concedis duas ultimas clausulas; quare non & primam, cum totum dicat Sanctus Vincentius? Imò non fuit nutrita in peccatis; ergo neque nata in peccato. Est ne bona hæc cõsequentiæ? à fortiori & hæc erit optima: non est nata in peccato; ergo neque concepta in eo; quia dicit Vincentius: Non credatis, quod fuerit sicut in nobis, quia in peccatis concipimur & nascimur & nutrimur. Denique illud nota: Sed statim postquam corpus fuit formatum & anima creata, tunc fuit sanctificata. Si statim, id est in instanti creationis vel animationis, tunc fuit sanctificata; igitur non post horam, nec partem horæ. Quando audis, statim postquam Virgo dedit consensum, Verbum caro factum est, existimas vel iudicas quod ali-

quod transierit tempus? absit; sed statim tunc, id est in eodem instanti. Quomodo ergo, vel quare dum audis in Conceptione Virginis: Statim post creationem animæ tunc sanctificata est, expectas tempus, & dimidium temporis? Et si Angeli statim quando creata fuit anima & unita corpori, statim fecerunt festum in cælis pro Conceptione Virginis, quando Angeli non expectarunt tempus, quid Angelici tempus expectatis? Fateamur ergo cum Vincentio Angelico, quod in instanti formatum fuit corpus, & in eodem instanti anima infusa, & in eodem instanti sanctificata MARIA in terris, & in eodem instanti lætati Angeli in cælis. Impres. Lugduni 1525. in 4. & 1580. in 4. & Venetiis 1496. in 4. & iterum Lugduni 1558. in 4. recog. & marginibus illust. per Damianum Diaz.

Item, in pervetusto libro scripto in membrana antiquis characteribus, existente in Conventu Ordinis Prædicatorum in civitate Alcaniciensis Regni Aragoniæ, extat quædam nota seu glossa ad questionem 27. articul. 2. ad 3. manu ipsiusmet Sancti, huius tenoris: *Beata Virgo à peccato originali & actuali immunis fuit.* De quibus verbis publicum & authenticum adducit instrumentum R. P. Joannes Euseb. Nieremberg. in libro Excep. cap. 24. §. 3. à folio 397.

Item, Sermone 4. in Sexag. inquit: Quoniam licet in mundo fuissent multæ mulieres sanctæ, tamen ultra quinque millia annorum expectavit terram bonam, dignam & sanctam, scilicet Virginem MARIAM optimè cultam, in qua nunquam fuit mala herba peccati, &c. Igitur neque originalis. VINCENTIUS Ferrinus de Castelnovo Garfagnana, Ordinis Prædicatorum, in primo Alphabeto exemplari, num. 829. folio 251. sub titulo: MARIA est arca Noë, inquit: Come l' arca di Noe era talmente bituminata è ferrata in sieme che non ci poteva intrar l'acqua del diluvio; così MARIA Vergine era talmente con la gratia cõtratta è raccolta in se stessa, che non potevano le fedi- de aque del peccato penetrar nella sua santa mente di quella. Item, num. 834. folio 252. Come l' arca fu nel diluvio inalzata dall' acque sopra tutti i monti; così MARIA nel maggior diluvio de peccati fuit inalzata sopra tutti i ebrii Angelici. Item, num. 868. MARIA Speculo. Come lo specchio puro terso è netto ne rappresenta al vivo l'effigie nostra; così MARIA Vergine senza alcuna macchia, ruga ò neo, ci rappresenta l' imagine è il ritratto quali di Dio. Imp. Venetiis 1567. in 12.

VINCENTIUS Filiucius, Societatis Jesu Senensis, de festivitibus pertinentibus ad Beatam Virginem, & primò de ejus Immaculata Conceptione. Caput unum, in Compendio quæstionum moralium. Romæ 1626. in 12.

VINCENTIUS Gilbertus, Clericus Regularis Italus, in Corona anni Ecclesiastici, de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, & de modo singulari ipsius redemptionis. Sermonem unum, in Sermonibus Adventualibus à folio 29. usque 54. Impres. Venetiis 1623. in 4. & 1620.

Item, in Corona sacra Ecclesiastica Quadragesimali, pro Sabbato primo Quadragesimæ: *Quod sagitta peccati originalis non tetigit Virginem MARIAM.* Lib. impres. Romæ 1625. in 4.

Item, de prædestinatione Conceptionis Immaculatae Virginis MARIE &c. Lectiones quatuordecim in libro impres. Venetiis 1611. & 1612. in 4.

Item, in lib. de Civitate Dei Incarnati super Psal. Magnus Dominus & laudabilis nimis, part. 1. lectione 4. fol. 51. de singulari prædestinatione Virginis *MARIÆ* post Filium prima & majori, &c.

Item, ibidem lectione 14. fol. 188. de Conceptione immaculata Virginis *MARIÆ*, usque ad fol. 206. Item, parte 2. lectione 26. de Prærogativis sanctæ Annæ, agit latè de immunitate Virginis *MARIÆ* à peccato originali, ac de ejus Immaculata Conceptione &c. ac passim de hac materia loquitur in tribus partibus, seu tomis de hoc assumpto editis Venetiis 1621. in 4.

Item, ibidem parte 3. lectione 59. de Innocentia virginis in die Conceptionis, à fol. 162. usque fol. 180.

Item, in Opere prænotato: Documenta spiritualia, tom. 1. pag. 338. adducit meditationes, & soliloquia de Immaculata Conceptione Virginis *MARIÆ*. Impress. Florentiæ 1619. Ex Marraccio in Catalogo.

Item, in libro: Cæli Davidici; variz versiones Psalmorum Commentarijs & moralitatibus, conceptibus, &c. versione 14. prol. 1. vers. 1. §. 3. fol. 223. sub hoc titulo: Beatus est vir, qui non itat in via peccatorum, in qua omnes decidunt (excepto Christo & Virgine Matre). Vide ibi. Lib. impress. Neapoli 1639. in fol.

**VINCENTIUS** Gramigna Italus, in libro de Vita Beatæ Virginis, fol. 34. asserit Deiparam primi peccati Adæ nec vestigium ullo modo habuisse; sed à lege communi particulari privilegio exemptam fuisse, de quo latè. Lib. impress. Viterbij 1621. in 8.

**VINCENTIUS** de Guevara, Poëta Hispanus, scripsit Cationem contra peccatum originale de Immaculata Conceptione *MARIÆ*, ut videre est in libro impresso Granatæ, fol. 310.

**VINCENTIUS** Henesbergius, Ordinis Prædicatorum, in libro: Viridarium Marianum, septemplici Rosario, varijs exercitijs, exemplis, ac plantationibus peramœnum, fol. 139. inquit: Qui te antiquis Patribus promisit & diversis typis & figuris præsignavit; qui te in utero matris sanctificavit, &c. Item, fol. 47. inquit: Salve Sanctissima Virgo, quæ ante sæcula à Deo præordinata es, ut Mater esses nostri Redemptoris. Salve sanctissima Virgo *MARIA*, quæ ab antiquis Patribus multis sæculis es expectata, diversis typis & figuris adumbrata, necnon & manifestis propheticis oraculis, & revelationibus promissa. Salve sanctissima Virgo *MARIA*, quæ in utero matris tuæ sanctificata, ad stuporem usque speciosa facta es à summo illo Deo, qui te omnium perfectionum & gratiarum genere adornavit, &c. Et folio 237. inquit: Salve cui nulla adhaesit nocentia Virgo, calitus quod missum testificatur Ave, &c. Item, folio 240. §. duodecim privilegiorum Beatæ *MARIÆ*, privil. 5.

*Ave semper Deo grata,*

*Omni à re præservata*

*Cujusvis peccaminis, &c.*

Item, fol. 246. in Hymno ad gloriosam Virginem Matrem: Sol es Virgo eclypsum nesciens. Et fol. 267. sequentia 8.

*Salve sancta Christi parens,*

*Salve Virgo læbe carens.*

Et fol. 273. adducit Sequentiam in festo Conceptionis Beatæ *MARIÆ*, quæ incipit:

*Dies lata celebretur*

*In qua pia recensetur*

*MARIÆ Conceptio.*

Et folio 276. in Sequentia Annuntiationis, vocat Virginem *MARIAM* Virginum Reginam, *rosam sine spina*, quo titulo illam sæpissimè ornat. Lib. impress. Antuerpiæ 1615. in 8.

**VINCENTIUS** Justinianus Antist, Ordinis Prædicatorum Hispanus, de Immaculata Conceptione sanctissimæ Virginis Tractatum unum celeberrimum. Matriti 1615. in 8. Majoricæ 1616. in 12. & Oscæ in 8. & in vita Sancti Ludovici Beltran. Valentiz 1593. & Hispali 1610. in 4. & 1615. etiam in 4. cum imagine Immac. Conceptionis; & Pampilonæ 1661. in 24. Si omnia quæ in hoc Opusculo continentur, essent transcribenda; nimium excreveret opus.

**VINCENTIUS** Landinellus Italus, Episcopus Albinganensis, in Diocesana Synodo fecit diversa decreta circa Confraternitates, ac observationem festivitatis Immaculatae Conceptionis Beatissimæ Virginis *MARIÆ*, &c. Vide verb. Albinganensis Ecclesia.

**VINCENTIUS** Martinellus, Ordinis Prædicatorum & Episcopus Venafrensis, in Diocesana Synodo præcepit, ut observaretur festum Conceptionis Beatissimæ Virginis *MARIÆ*. Vide verb. Venafrensis Ecclesia.

**VINCENTIUS** de Miravel Florcadet, Doctor Hispanus, in libro: Tortosa Ciudad fidelissima y exemplar, fol. 77. inquit: Y acertada eleccion de rendimiento y obediencia al Rey, si lo solicito fervorosa y humil en la misericordia de Dios por la intercesion de la purissima y siempre Virgen *MARIA* concebida sin peccado original, tutelar y avogada sua con nombre de Madre Dios de la Cima. Impress. Matrit. 1641. in 4.

**VINCENTIUS** Moles, Doctor Hispanus, in libro: Philosphia naturalis Sacrosancti Corporis Jesu Christi, &c. cap. 2. fol. 49. sic inquit: Omnes enim Auctores conveniunt, quod primi parentes Adam & Eva, si in statu innocentiz in paradiso collocati mansissent, etiam si vitam absolvissent in ultima senij parte, nullum habuissent affectum, præter naturam in toto vitæ decursu; neque juxta mortem (quia vi extinctionis caloris nativi mortui fuissent) propter excellentem proportionem primarum qualitarum, in quibus ita esset affectio & reactio, ut etiam si vi actionis, & victoriæ calor remitteretur (propter quod diversas pertransissent ætates, & tandem ad mortem devenissent) non esset aliqua ex qualitatibus primis, ut morbosum faceret affectum. Et de Beata Virgine similiter tenent, quod nullo unquam ante suam mortem morbo fuit affecta; sed præ nimio amore Dei, vel jussu ipsius mortua & in celum assumpta fuit, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1639. in 4. Vocat etiam Virginem purissimam passim, folio videlicet 22. & 51. &c. Ex suprapositis verbis deducitur primum, quod mors in *MARIA* non fuit poena peccati, sed Dei præceptum. Secundum, quod *MARIA* nullam habuit infirmitatem, sicut nec Eva haberet in statu innocentiz; quæ omnia indicant ipsam Deiparam fuisse à peccato originali præservatam.

**VINCENTIUS** Mue, Chronista Hispanus, in Historia Regni Majoricarum, de Monasterio Conceptionis Villæ de Pellenza, Caput unum in lib. 2. cap. 2. fol. 547. Item, de Monasterio Conceptionis del Olivar sub regula & habitu Sancti Francisci, ibidem cap. 3. Impress. Majoricæ 1650. in folio.

**VINCENTIUS** Picinus Italus, in libro dicto: Diarium

Diarium Beatæ Virginis MARIE, fol. 106. explicat illud: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, de Conceptione Virginis, quæ fuit purissima, innocentissima, &c. Lib. impress. Venetijs 1625.

VINCENTIUS Purpura, Ordinis Prædicatorum Italus, elaboravit Sermonem pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE, teste Thomasio Gagliardo, parte 2. fol. 454.

VINCENTIUS Regius, Societatis Jesu, in Elucidatione Evangeliorum tomo 1. lib. 1. cap. 2. digressionem morali, num. 5. col. 107. inquit: Est & tertium aliud quod ex hoc titulo (videlicet Dei Matris) colligatur, videlicet, nunquam maledicto, nunquam peccato vel minimo subditam MARIE carnem fuisse: decentissimum enim erat ut ea caro, quæ Dei Verbo aliquando unienda erat, nulla specie labis inficeretur. Nam si primus Adam ex terra virgine formatus est, quantum magis de secundo id convenit affirmare? &c. Multis prosequitur, asserens quod beata Virgo MARIA fuit tota pulchra mente & corpore à puncto Conceptionis. Item, infra: Quod candida fuit Virgo MARIA, ut papyrus, cujus puritas continua fuit ac perennis, quia nullo unquam tempore & ne momento quidem, vel levi macula intercepta fuit peccati alicujus, sive originarij, sive alterius cujuscumque, &c. ubi plura addit de plenitudine gratiæ MARIE. Item, infra: Neque actus existimes post prævisum Adæ peccatum eò dignitatis (scilicet Matris Dei) eventam esse: tam enim ad maternitatis gradum, quam ad tam excelsum gratiæ & gloriæ cumulum electa fuit, antequam lapsus hominis nostro modo à Deo intelligeretur. Cum enim Christus ante omnem peccati contagionem fuerit prædestinatus, necesse est fieri MARIAM ante peccatum fuisse prædestinatam, &c. Deinde latè discurret: An Beata Virgo in Adamo peccaverit, nec ne? habueritque debitum contrahendi originale? Ac concludit sic: Carnem B. Virginis dici posse carnem peccati; carnem verò Christi similem carni peccati, licet neutra unquam commaculata labe peccati fuerit vel infecta, &c. Item, infra cap. 6. Theoria 3. ad illud: Ave gratiâ plena, à col. 156. latè tractat Quod Beata Virgo MARIA ab initio vite suæ habuerit complementum gratiæ. Ac tandem col. 160. concludit, Quod Christus est caput, MARIA collum, reliqui Sancti membra. Et sic infert: Caput & collum nuda placent; reliqui enim omnes infecti peccato: Christus autem ejusque Mater Virgo sine ulla peccati labe; nec se operiente veste indigent, quæ se texit Adam, &c. Item, infra cap. 6. Theoria 8. num. 14. col. 232. Quomodo Beata Virgo fuit absolute beata, in cujus capite fuit corona stellarum duodecim, quæ sunt duodecim ejus prærogativæ. Prima, singularis prædestinatio. Secunda, singularis item sanctificatio. Tertia, usus quoque rationis acceleratio, &c. Vide alia quamplura in prædicto Auctore in hoc tomo 1. à col. 1. usque ad 400. Lib. impress. Coloniae 1615. in folio.

Item, tomo 3. libro 5. cap. 3. de Oratione Dominica, Theoria 1. col. 1023. ad illud: Dimitte nobis peccata nostra, inquit: Rogare aliquis posset, an Beata Virgo recitare hanc orationem potuerit, quam constat nullum habuisse vel contraxisse peccatum, ut merito de ea dicat Augustinus, libro de Natura & Gratia cap. 36. se, cum de peccatis agit, nullum de Virgine Matre propter reverentiam Filij velle habere sermonem, &c. Lib. impress. Coloniae 1616. in folio.

VINCENTIUS Richardus, Clericus Regularis Italus, in Noris ad Matthæum Cantacuzenum super Cantic. Canticor. Tota pulchra proxima mea, & macula non est in te, quæ de Beata Virgine MARIA explicatur, in Scholiis dicit sequentia: Non humana laudatio, sed Dei, qui falli nequit. S. Ambrosius, libro de Fide retributionis: Judicio Domini adhuc tota formosa, tota irreprehensibilis; sic enim scriptum est: Tota es formosa proxima mea, & reprehensio non est in te. Nam ille revera formosus est, qui nihil in se habet reprehensione dignum. Nec una tantum, sed omni parte formosus. Rectè Seneca, Epist. 33. Non est formosa, cujus erus laudetur aut brachium; sed illa, cujus universa facies admirationem singulis partibus abstulit. S. Ambro. lib. 1. de Virginibus: Hæc profectò vera pulchritudo est, cui nihil deest, quæ sola meretur audire à Domino: Tota es formosa proxima mea, & reprehensio non est in te, &c. quibus indicia ostenditur perfecta & irreprehensibilis Virginitatis anime pulchritudo altaribus consecrata divinis.

Item, super illa verba: Lava ejus sub capite meo, inquit: Hæc autem lava in capite fuit Virginis, quia mirè ac summà Dei gratiâ à peccato fuit præservata atque excepta, &c. In libro imp. Romæ 1624. in folio.

Item, Joannis Monachi & Presbyteri Eubensis in Conceptionem sanctæ Dei Genitricis Orationem unam in lucem edidit.

Item, scripsit pro Conceptione Immaculatae Deiparæ Virginis Tractatum unum. De hoc mentionem facit Franciscus Maria Pistoja fol. 158.

VINCENTIUS vel Wernerus Rolevinck, Ordinis Carthusiani, in libro dicto: Fasciculus temporum, adducit miraculum de Prædicatore concionante contra Immaculatam Virginis MARIE Conceptionem. Vide supra lib. Fasciculus temporum.

VINCENTIUS Sabaster, Ordinis Minorum, Præside R. P. Fr. Jacobo Morales, Ordinis etiam Minorum, in Conclusionibus asserit, Quod Virgo MARIA originalis culpæ vepribus non fuit deventurata, imò in primo Conceptionis exordio fuit gratiæ splendoribus decorata, &c. Impress. Valentia 1641. in charta expansa.

VINCENTIUS Sarcianus, Ordinis Minorum Italus, edidit Conciones de Immaculata Conceptione Virginis MARIE Neapoli impress. ad annum 1625. typis Joannis Dominici. Ex Marr. in Catal. Marian. & in Biblioth. fol. 441. Pistoia fol. 159.

VINCENTIUS Tancredo, Societatis Jesu Italus, in libro de Virtute Religionis, tractatu 1. lib. 3. folio 61. num. 26. de festis Beatæ Virginis MARIE, sic inquit: Omnis Annuntiationis ac Purificationis festis, de quibus supra, prima Beatæ Virginis festivitas est Conceptio ipsius, quæ sanè potuit pie ab Ecclesia sub præcepto institui, sicuti de fide est jure optimo aliquas instituisse festivitates in honorem Beatæ Virginis Matris. Verum quamvis Extravag. Grave nimis, excommunicentur ij, qui dicunt non esse sicutum Virginis Conceptionem celebrare, tamen non est latum præceptum ab Ecclesia de observatione hujus festi, sed in aliquibus partibus, ut hic Panormi ex pietate & devotione, seu consuetudine observatur. Lib. imp. Monteregali 1651. in folio.

VINCENTIUS Varalis, in Chronologia Sanctorum



Sanctorum Lirmensium desumptum ex antiquis membranarum Monasterii S. Poncij Nicicnsis agit de Revelatione facta Hefino Abbati circa Conceptionem, ut refert Richar. Smithæus in lib. Florum, fol. 252.

VINCENTIUS à Zapata Hispanus, scripsit Carmina Latina simul cum Fratre Sanctio Mathia, ubi de Immaculata Virginis Conceptione. Extant in lib. Zapata fol. 5.

VIRGILIUS Ceparius, Societatis Jesu, scripsit Italicè vitam venerabilis Joannis Berckmans, in qua de MARIÆ immunitate, & voto factò à prædicto Patre de tuenda eius Immaculata Conceptione, adducit egregium testimonium, lib. 2. cap. 12. folio 113. Lib. impress. Valentia 1633. in 4.

VITALIS Theronus, Societatis Jesu Gallus, edidit erudita Carmina pro Anagrammate R.P. Joannis Eusebij Nierembergij de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, imp. in charta expansa anno 1656. sub hoc titulo: Sperate pacis prælagium paribus adversus religiosum Beatissimæ Virginis sine macula conceptæ cultum votis, &c.

Sanctissimus Pater & Dominus Alexander Papa VII qui erat antea Fabius Chifius.

#### ANAGRAMMA.

Quartus è Senis Papa Dei Matri charissimus, ipsi labem Adæ non fuisse statuet: tunc pax.

*Sic erit, & facta que Virgo matris in alio  
Protinus à primo subeuntis origine vite,  
Tota salutaris speciosi Solis amictu  
Splenduit, & nulla patriæ fulgine culpæ  
Deformata, novam mundo dedit aurea lucem;  
Perpetuam terris etiam dabit agnita pacem.  
Ac simul ut culpæ genitalis pura coletur,  
Discordes populos sociali fœdere junget:  
Sic sperare jubent, que vocibus omnia versis,  
Fœdicaque tunc constant in nomine sortes,  
Magne CHISI, quartum clarus Decus addere Senis,  
Et mundi Domina caput idem & gloria Romæ,  
Si quem principio meruit concepta decorem,  
Asseris, & factò genitam sine crimine dicis.  
Ergo, Quirinali frontem Tibi cinge tiara:  
Et, dictante Deo, sella sublimis eburna,  
Vnde sacra manant responsa fidelia legis,  
Conceptam sine labe doce laudare MARIAM:  
Insuper, & si quis PLACITO parere recuset,  
Argurisque piæ offendant litibus aures,  
Exere districtum decreti vindicis ensem;  
Dilectusque Dei Matri, qua condere leges  
Majestate potes, fontisque ferire, labora,  
Quales Alexander ferro præscindere nodum,  
Quem malè nexarum stringunt enigmata vocum.  
Hoc Italiae gentis pietas, hoc dives Iberus,  
Germanisque potens armis, & Gallia Princeps  
Supplicat, & Venetum Turcis exercita virtus,  
Et totus pescit lacrymis manantibus Orbis.*

A. M. D. G.

Impress. 1656. in charta expansa.

VITALIS Adriaticus de Ragusio, Ordinis Minorum, in Arbore & relatione Provinciae Ragusinae, affirmat quòd in illa Civitate Ragusina sit Capella Conceptionis quæ copiosam nobilemque Confraternitatem habet, & festum Conceptionis ita magnificè & devotè colit, ut mysterior Civitatis Ragusinae solemnitas reputetur. Item, agit de Altaribus Conceptionis Sancti Francisci Ragusij, S. Nico-

lai Sagni, S. Hieronymi Ilani, S. MARIÆ Sabioncellij S. MARIÆ Epidauri. Extat apud nos.

VITUS Pizza de Claramonte Siculus, Ordinis S. Francisci, in sermone 6. super illud: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, Quòd Beata Virgo MARIAM in utero matris suæ fuit præservata à macula peccati originalis, latè à folio 135. usque 163. in libro super Psal. Misereere. Impress. Messana 1589. in 4. & 1599.

ULYSSES de Arivabena, Protonotarius Apostolicus Italus, in libro: Breve discorro sopra l'Ave MARIA, fol. 20. de immunitate ejus à peccato originali agit late. Lib. impress. Mantua 1591. in 4.

UNIVERSITATES omnes totius Orbis, sive Academiae Christianæ, quæ sunt vel fuerunt per totum terrarum Orbem, semper secutæ sunt piam sententiam de præservatione Virginis à peccato originali, vel saltem illam laudarunt. Quæ autem ex itatuto, voto seu juramento adstrictæ sunt, numerantur sequentes:

Baëzana, sive Biazensis in Regno Hispaniarum, emisso juramento & voto Virginis MARIÆ Immaculatam Conceptionem laudatissimè defendit. Ego N. Spondeo, voveo ac juro sic me Deus adjuvet, & Immaculata Virgo MARIA, hæcque Sancta Dei Evangelia, mea manus contacta, me fore puritatis Conceptionis ita adductum, ut nullum actum Theologiae publicum defendam, nec illi præsum, quin prior illius Conclusio naturalem Conceptionem Beatissimæ Virginis nunquam originali culpæ maculatam, sed omnino impollutam ac puram fuisse, manifestè & aperte asserat. Nec non donec vivere licebit, non solum in publicis Conciliis, Lectioibus, Conclusionibus, & aliis quibusvisque actibus publicis, verum in privatis, immo & in internis hanc Sacratissimam munditiem Conceptionis crediturum ac professurum, curaturumque omni studio, ut pia ista, firma ac laudabilis Immaculate Conceptionis doctrina indies propagetur, & in animis fidelium altiores radices agat: si præstitero, Dei Filium ac ejus parentes propitios sentiam; sin, iratos. Ita in nostro Reg. Armament. Seraph. à col. 359. usque 364. Velazquez fol. 358. Item, scripsit insignem Epistolam ad Sanctitatem Pauli V. Pont. Max. pro definitione mysterij Immaculate Conceptionis, quam integram adducit D. Antonius Calderon Arium Magister, fol. 8. & fragmentum prædictæ Epistolæ extat in Reg. Armam. Seraph. col. 364. Eï subscripserunt Joannes Antonius Muniz, Petrus Magaña, Petrus Lechuga, Franciscus Hanez de Herrera, Rodericus Hanez de Avila, Ildephonus de Vera. Et fuit impress. Baëzæ 1618. in 4.

Barchinonensis in Regno Aragoniæ, anno Domini 1618. votum emisit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, quod quidem votum non fuit novum, sed antiquum reiteratum. Vide Armament. Seraph. in Regest. col. 384. Franciscus de Torres, fol. 392. Novaes fol. 354. Velazquez fol. 356. Christoph. de Vega in Theolog. Mariana Palest. 3. certam. 20.

Bononiensis in Italia, Conceptionem Immaculatam B. MARIÆ Virginis tuetur, nunquamque peccato originali subiacuisse, sed ab eo dirimitus præservatam: ipsaque die Conceptionis festo, Dominum Rectores, Doctores, & Scholares cum instrumentis musicis, apparatuque singulari ad Conventum Sancti Francisci processionally incedunt, & in Capella sub invocatione Immaculate Conceptionis hoc mysterium devotissimè commemorant percelebrant. Ita Antonius Cocharus Episcopus Acernenis in Elucidario p. 2. fol. 64. Armament.

mament. in Regest. fol. 470. Velazquez, fol. 360. Joan. Bacon in Quolibet. quest. 14. fol. 767.

Cæsaraugustana votum & jurandum emisit de tuenda Immaculata V. Conceptione, his verbis: *Credimus ac profitemur sanctissimæ Virginis MARIÆ veram illam ac naturalem Conceptionem in ipsa temporis instanti, quo illius anima corpori sacro à summo Conditor Deo infusa fuit, omni prorsus originali caruisse labe, quæ cæteris Adami filijs, dum concipiuntur certissime inuritur: quippe semper Immaculata, semper sancta, semper Deo exiit Virgo gratissima, &c.* Reliqua vide in nostri Armament. Regest. col. 344. Francisc. de Torres tract. de Conceptione, fol. 393. Velazquez, folio 357.

Coloniensis in Belgio, de qua Trithemius hæc ait ad annum 1499. Hoc anno Facultas Theologiae almae Universitatis Coloniensis statuit & decrevit constitutione firmissima tenendum, sentiendum, credendum, docendum, predicandum & constantissime defendendum ab omnibus oppositis suis, *Quod Beata Dei Genitrix Virgo MARIA ab omni labe originalis peccati ex singulari prerogativa divina potentia semper fuerit præservata, exempta & privilegiata. Et qui contrarium fecerit, ab ipsa Universitate rescatur, honoribus & emolumentis Theologicae facultatis omnino & omni tempore sit privatus. Et quod nullus in ea facultate promoveatur, nisi juraverit se hoc statutum semper observaturum.* Vide circa hoc Decretum nostrum Armament. Seraph. in Reg. col. 469. & Auctores ibi citatos, atque Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 8. adnot. 2. fol. 359. Hoc Decretum Universitatis Coloniensis fuit factum die ultima Novembris, anno 1499. ut habetur in quodam manusc. codice in Conventu PP. Recollectorum Coloniensium ad Olivas, ut nobis retulit Pater Jacobus Polius; sed Vega Palest. 3. cert. 20. votum refert ad annum 1494. ex Trithemio, ut constat ex illius Universitatis statutis ad an. 1596. Spondan. num. 8.

Complutensis in Regno Hispaniarum, juramentum & votum pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis, sic emisit: *Doctrinam, quæ differt gloriosissimam Virginem MARIAM Dei Matrem præveniente & operante divini Numinis gratia singulari nunquam actualiter subiacuisse originali peccato; sed immunem semper fuisse ab omni originali culpa, Sanctamque & Immaculatam; tanquam piam & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicae, rectæ rationi, & sacrae Scripturae, hæc tenens semper summa consensione defendit, & propugnavit &c.* Vide reliqua in Regest. nostri Armamentarij Seraphici à col. 336. usque 338. & col. 355. Joannem Antonium Velazquez fol. 357. Vega fol. 134. Hujus etiam habemus testimonium authenticum. Item, pro eadem Immaculata Virginis Conceptione tuenda scripsit Epistolam eruditam satis ac devotam ad Paulum quintum Pont. Max. quæ extat in Regest. Armament. Seraph. col. 338.

Compostellana Votum & juramentum de tuenda Virginis Immaculata Conceptione his verbis promittit: *Purissimam, Immaculatam, ac limpidissimam Conceptionem gloriosissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei dignissime, singulari Dei privilegio & gratia immunem ac liberam ab omni nota & macula originalis peccati, sicut semper sensit, sic modo, & imposterum se tenere & sentire, ac publicè & privatim consistere, defendere & docere, hodierna die perpetuo se sacramento adstringit, spondet, vovet ac jurat, contra cælis Evangeliorum voluminibus coram Deo, &*

*Sancto Apostolo ejus Iacobo, de venerabili Sanctæ Ecclesiæ Clero & populo Compostellano. Reliqua vide in Regest. nostri Armament. Seraph. col. 342. Velazquez, fol. 358. Vergar, cap. 3. fol. 13.*

Conimbricensis in regno Lusitaniæ, sic spondit se Virginis puritatem semper defensuram: *Tuo sub numine, spectante Deo omnipotente, tibi que Patris sanctissimæ, ex mei animi sententia promitto, juroque, privatim & publicè me inviolabili fide usque propugnaturum te Beatissimam Virginem sanctam, Immaculatam, præ cæteris fortunatam mulieribus, ob IESU CHRISTI Filij tui merita ante ævum cognita, liberatam peculiari divina gratia privilegio, ab exitiali parentis primævi noxa, præmunitam adeo fuisse, ut ne ullum quidem instans funestum & inauspicatum serali te macula inquinaverit. Quinimo puram, sanctam, Immaculatam, affluentem ubertim gratiâ triumphasse. Vique longius, ac firmitus recens hoc nostri animi votum venturos excipiat, legem perpetuam creamus (inspecto Serenissimi Regis decreto) neminem scilicet deinceps ad qualecumque hujus Academia dignitatum gradus promovendum fore, qui prius interposita juramenti sanctione integram fidem fecerit, se eandem sententiam tum privatim, tum publicè defensurum. Ad tuum igitur sacrum delubrum famulari animo substratus hujus sponsionis cultum medalitus impendo: sic me Deus adjuvet & hæc ejus sancta Evangelia. Ita Sebastianus Novæc in suo Lilio inter spinas, fol. 359. Armam. in Append. Reg. colum. 677. Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 8. adnot. 1. fol. 356. & alij.*

Dolana in Burgundiæ Comitatu, voto sancivit, *ne quis apud se laureâ Doctorali ornaretur, qui eam de Conceptione sententiam propugnaturum se, juratus non promittat.* Ita Philippus Allegambe verb. Joannes Lorinus, Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 9. adnot. 3. fol. 371.

Duacena, hoc modo: Die secunda mensis Julij an. 1662. (in quam incidebat festum Visitationis B. Virginis) ex mandato Universitatis Duacensis (quæ centesimum ab erectione suâ annum, cum plurimis lætitiæ significationibus & solæmnibus ceremoniis celebrabat) instituta est processio publica totius Cleri & populi. Cumq; perventum esset ad Offertorium Missæ solemnis, Rector Magnificus, nomine totius Universitatis elatâ voce, ad pedem Altaris proclamavit, se in Patronam Universitatis eligere *Divam Virginem sub titulo Immaculatæ Conceptionis, cum protestatione, quod omnes Facultates & subditi ejusdem Universitatis semper tuebuntur pro avis & sociis piam de Immaculata Conceptione sententiam: & ad memoriam rei sempiternam, ejusdem Virginis Immaculatè Conceptæ Imaginem in Scholis publicis apponi curavit præfata Universitas.*

Collegium Regentium Duacensis Facultatis, in libro cujus titulus est: *Veritas & æquitas censura Pontificiæ Pii V. Gregorii XIII. Urbani VIII. propugnata constanter ac illustrata à Facultate Theologica Duacena, &c.* ponit propositiones Michaëlis Baij, fol. 47. art. 70. quæ sic se habent: *Nemo præter Christum est absque peccato originali; Vir. mortua est propter peccatum ex Adamo contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis; Censura tali notavit: Quasi verò Beata Virgo stans juxta crucem nil plus sit passa, quàm malè merita: nec ante mortem satisfecerit pro peccato originali; nec extinctus in ea fuerit fomes. Appellandæ huc gravissimæ Pau-*

li V. & Gregorii XV. in contrarium Constitutiones pro Immaculata Conceptione, & Concil. Trident. sect. 5. & sess. 6. cap. 23. ubi B. Virginem ex speciali Dei privilegio vitalis omnia venialia, &c. Et ad marginem inquit: Hæc propositio cum superiore pro omnibus partibus est hæretica, & B. MARIE Virgini ac Sanctis injuriosa, secundum censuram Parisien. 16. anni 1560. 27. Julii. Quis Catholicus credat Deiparam cum aliquo ream peccati originalis ad mortem inclusivè fuisse? Lib. impress. Duaci 1649. in folio.

Eborensis in regno Lusitanæ, voto atque juramento se obstrinxit Immaculata Virginis Conceptioni, sic: *Nunc coram te. . . Academia nomine promitto, juroque omnipotenti Deo, tibi que Deiparæ sanctissimæ, publice, privatisque semper defensuram te nunquam originalem labem contraxisse, idque ad tuas Aras provolutus supplex spondeo, juro ac voveo: se me Deus adjuvet & hæc sancta ejus Evangelia.* Quæ defuit in hoc juramento, vide in Sebastiano de Novaes in suo Lilio inter spinas, fol. 357. De hoc etiam Armament. in Append. Regest. col. 676. Vincentius Justinianus, Ægidius, Vega fol. 134.

Erphordiana vel Erphordiensis in Thuringia, Virginem Dei Genitricem MARIAM ex speciali munere Spiritus Sancti ab omni sordis peccati originalis præservatam fuisse, constantissimo defendit. Ita Trithemius lib. 1. de Miraculis B. Virginis in Urticeto c. 2. fol. 136. Armament. col. 678.

Gandienfis in Regno Aragoniæ, publico se astrinxit voto, pro defensione Vir. MARIE ac ipsius Immaculatae Conceptionis, teste Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculate concepta, dissert. 8. adnot. 1. fol. 256.

Granatensis, juramentum seu jusjurandum pro tuenda Immaculata Virginis Conceptione, sic emisit: *Nos N.N.N.N. juramus Deum, & Crucem per nos corporaliter tactam, & hæc Sancta Dei Evangelia, quod Immaculatam Virginis MARIE Dominæ nostræ Conceptionem ab omni labe peccati originalis immunem semper & ubiq. pro viribus & rationibus defendemus; & pro hac veritate & opinione, quam sentimus & habemus pro certiori, veriori, securiori, magis pia & meritoria, vitam ipsam effundere, si (potuerit) & mortem subire non dubitamus quod insuper nos facturos, & observaturos, solemniter vovimus & promittimus, &c.* Reliqua vide in Armament. Seraph. in Regest. col. 347. & in Joan. Anton. Velazquez, folio 358.

Item, scripsit Epistolam ad Philippum III. Hisp. Regem, quæ incipit: *Si las fuerzas desta Universidad, anno 1617. Extat impress. in 4. subscripta à lex Doctoribus.*

Hispalensis, sic votum vovit & juramento se astrinxit ab immemorabili tempore, defendendi præservationem Virginis MARIE, ac ejus Immaculatam Conceptionem: *Similiter juro & promitto me perpetuo dicturum & defensurum, sacratissimam Genitricem Dei MARIAM nunquam originale peccatum habuisse, sed ab instanti suæ Conceptionis fuisse ab illo immunem, ac proinde semper Immaculatam ac purissimam fuisse.* Vide Regest. Armament. Seraph. col. 323. Velazquez fol. 358. Vega fol. 134.

Illerdensis in Regno Aragoniæ, devovit & juramento seu voto sancivit, *Beatam Virginem MARIAM Dei Genitricem absq. originali peccato fuisse conceptam.* Vide Vincentium Justinianum §. 7. confid. 6. Armament. in Regest. col. 677. Velazquez fol. 356.

Iracensis in Regno Navarræ, etiam à pluribus annis defendit mysterium Immaculatae Conceptionis

Virginis MARIE, ut constat ex Theobis & aliis instrumentis.

Limenfis in Imperio Pertano, sic votum emisit pro tuenda Immaculata Virginis Conceptione: *Promitto ac sanc. juro per hæc ipsa sancta quatuor Evangelia, me juxta ipsum ac laudabilem hujus Universitatis statum, quod firmam, perpetuamq. fore cupio ac volo; semper & ubiq. professurum, docturum, defensurum, neq. unquam aliter verbo scripto, aut quacumq. alia ratione ac turum, veram illam ac naturalem sanctissimam Virginis Conceptionem in primo ipso vite initio, omni proorsu originali labe caruisse, quippe quam nullo inquam temporis momento primi parentis primum peccatum attigit, &c.* Vide Armament. in Regest. col. 391. Didacum Gutierrez in libro de hac re edito, folio 4. Velazquez folio 356. & supra verb. Limensis Civitas.

Liptziculis, purissimam sacrosanctam Virginis MARIE Conceptionem publice veneratur, credit & proficitur. Trithem. lib. 1. de Miraculis patris à Beata Virgine in Urticeto cap. 2. fol. 136. Armament. col. 678.

Lovanentis in Belgio, Virginis MARIE Immaculatam Conceptionem totis defendit viribus, totiq. amplectitur visceribus, ut testatur Laurentius à Ponte in cap. 1. Sapientia, num. 4. digress. 2. fol. 47. Armament. in Regest. folio 470. Velazquez libro 4. dissert. 8. adnot. 1. folio 365.

Mexicana in Imperio novæ Hispaniæ, votum vovit, & firmissimo juramento sancivit se præservatorem Virginis MARIE à peccato originali defensuram, ac præpugnaturam. De hac mentionem facit Joann. Ant. Velazquez libro 4. de MARIA Immaculate concepta dissert. 8. adnot. 1. fol. 356. Non solum fecit juramentum, sed quotannis sui juramenti celebrat diem, ut videre est apud Joannem de Torres & Castro in ser. impress. anno 1655.

Moguntina in Germania, professæ est ad anni 1501. Quod Beata Dei Genitrix Virgo MARIA ab omni labe originalis peccati ex singulari prærogativa divina potentia semper fuerit præservata, exempta & privilegiata, &c. sicut Universitas Colonienfis. Vide ibi ex Trithemio ad anni 1499. & quæ diximus in nostro Armament. Seraph. col. 469. & Christoph. de Vega in Theol. MARIANA cert. 2. Palest. 3. fol. 138. Surium, Waddingum in Lectione, Spondan. num. 8. & Funieulos Nodi Indissolubilis ac Radios Solis Veritatis.

Neapolitana in Italia, votum emisit circa defensionem mysterii Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, ut refert Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculate concepta, dissert. 8. de cunctis orbis Christiani Academiis piam de MARIE immunitate opinionem tenentibus, adnot. 1. fol. 356.

Olutrenfis in Regno Hispaniarum, proficitur, defendit atq. tenet Immaculatam ac sanctissimam Virginis MARIE Conceptionem, ut dicit P. Ant. Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculate concepta, dissert. 8. adnot. 1. folio 356.

Onnatenfis in Regno Hispaniarum sive de Onate, juravit ac votum emisit Deo & sanctissimæ Matri, ac omnibus Sanctis, tenendi ac defendendi, quod Virgo Domina nostra sine peccato originali, ac præservata merito Passionis Christi nostri Redemptoris Filij sui, &c. Vide reliqua in nostro Armamentar. col. 387. & Velazquez folio 356.

Olcensis in Regno Aragoniæ, votum emisit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, ipsiusq. à peccato originali immunitate. Joan. Ant. Velazquez lib. 4. de

de MARIA Imm. concepta dissert. 8. adnot. i. fol. 356.

Ossunensis, vel Ossunæ Universitas, sic juramentum emisit pro tuenda Immaculata Virginis Conceptione: *Ego N. iura Deum, sancta q̄. ejus Evangelia, ex nunc me obediens futurum Sanctissimo Domino nostro Papa, & Domino Rectori in omnibus licitis & honestis sanctionibus, & statuta per Illustriſſimum Dominum meum Joannem Tellez Giron Comitem de Vreña hujus insignis Collegij & alme Universitatis Fundatorem atq̄. Patronum, servaturum; nec dicto, aut nutu, aut facto contra Immaculatam Virginis MARIE Conceptionem iturum, quoad mihi vita comes fuerit. Sic iuro: si a me Deus adjuvet. Amen. Et presentes rogo & peto, adsint mihi testes.* Vide Armament. Seraph. in Regest. col. 320. Joann. Antonium Velazquez folio 358.

Ovetensis in Hispania, votum ac iusurandum emisit, *semper tuendi purissimam Conceptionem Virginis Domine nostræ, & quod sit concepta sine macula peccati originalis, &c.* Vide Armament. nostrum in Regest. col. 456. Velazquez fol. 356. Vergar. cap. 3. fol. 13.

Oxomensis in Regnis Hispaniæ Universitas, votum seu iusurandum præstitit tuendi purissimum ac Immaculatam mysterium Conceptionis Dei Genitricis Virginis MARIE, ut attestatur Joannes Antonius Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatæ concepta dissert. 8. de Academiis tuentibus immunitatem Virginis MARIE, adnot. 4. folio 356.

Oxomensis in Regno Angliæ, à temporibus Scoti Doctoris Subtilis, Virginem MARIAM ab omni originali crimine mundissimam prædicat & fatetur. Ita Antonius Cucharus Episcopus Acernensis, part. 3. Elucidarij, fol. 64. Daza de Conceptione, fol. 38. Armament. in Regest. col. 469. Velazquez, fol. 767. Joannes Bacconius in Quodlibet. quæst. 14. fol. 767.

Panormitana in Regno Siciliae, Conceptionem Virginis MARIE ac ejus præservationem à peccato originali fatetur, docet ac proficitur. Ita Joannes à S. M. Galus in libro pro Immaculata Virginis Conceptione contra Petrum de Vincentia.

Parisiensis in Gallia, omnesque ejus Doctores uno ore, unaque sententia, an. 1497. alijs 1330. alijs 1383. (fortè fuerunt diversa vota, vel unum diversis temporibus ratificatum) statuerunt & determinarunt: *Quod nemo deinceps præfate Universitati adscribatur, nisi se hujus determinationis, quod videlicet Beatissima Dei Genitrix & Virgo MARIA semper ab originali macula fuerit immunis & præservata, assertorem, strenuumque propugnatorem pro viribus futurum, confirmet juramento, &c.* Vide Armament. in Reg. col. 467. & omnes Auctores ibi citatos. Velazquez, fo. 560. latè. Factum fuit hoc Universitatis Parisiensis decretum anno 1496. die tertia Martij, ut est in quodam codice MS. Coloniae ad Olivas. Vide Ægidium Delphum; fol. 767. Henric. Spon. num. 8. latè. Videndus etiam Jacobus Gordonius, to. 2. suæ Chronologiae. Joan. à Lapide in præmonitione ad Sermonem de Conceptione. Misfret. Bernard. de Buss. ferm. 8. de Conceptione, part. 2. & Joannes Baccon. in Quodlibet. quæst. 14. fol. 167. & in 4. dist. 2. quæst. 4. ann. 3. Novaes, fol. 352. Item, eadem Academia præcepit, ut quidam Religiosus, dictus Joannes Veri, qui in Oppido Deppæ Rothomagen. Diocesis prædicat verat Virginem MARIAM fuisse conceptam in peccato originali, palinodiam decantaret. Vide hujus rei eventum in nostro Armament. Angelico, verb. Joannes Verus. Vide etiam de hac re latè Joannem Antonium Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatæ concepta, dissert. 8.

adnot. 2. fol. 360. Armament. Seraph. col. 476. Vega fol. 133. ac Nodum Indissolubilem.

In libro Statutorum Universitatis Parisien. manuſc. antiquis characteribus apud Canonicos Regulares S. Augustini in Monasterio S. Genovefæ Parisien. mente Decembris 6. Idus, sic dicitur: *Conceptio Beatæ MARIE Virginis*, non legitur in aliqua Facultate.

Universitas Parisiensis post controversiam habitam cum Religione Prædicatorum tempore Joannis de Montelono, dedit rescriptum pro Immaculata Virginis Conceptione, 1398. die 19. mensis Septembris; & incipit: *Universis Orthodoxæ fidei zelatoribus, Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis & Facultas Theologiae in alma Universitate Parisiensi, matre nostra. Cum integro divini cultus honore. Et in libro ejusdem Universitatis, fol. 70. ubi etiam adducit Statutum Sacræ Theologicæ Facultatis studij Parisiensis super materia Conceptionis Immaculatæ, gloriosissimæque Virginis MARIE Matris Domini nostri, & redemptoris IESU CHRISTI, incipit: Cum multos maiores nostri fortissimi, &c. Extat in archivo, folio 148. à tergo. Expeditum, anno Domini 1496. Et in eo dicitur: Statuentes ut nemo deinceps sacro huic nostro Collegio adscribatur, nisi hujus religiosæ doctrinæ assertorem, strenuumque propugnatorem semper pro viribus futurum, simili juramento profiteatur. Quod si quis ex nostris (quod absit) ad hostes Virginis transfuga, contrariæ assertionis, quam falsam, impiam, erroneam iudicamus, ipretà non nostrâ tantum, sed & Synodi & Ecclesiæ, &c.*

Item, prædicta Universitas præcepit ut F. Joannes Montelonus retractaret sententiam, quam prædicarat contra Immaculatam Virginis Conceptionem, ad annum 1403. tempore Innocentij VII. ac scripsit integrum Tractatum contra ipsius propositiones, quem habemus manuſc. Vide Nodum Indissolubilem, & Armament. Seraph. in Appendice. Regest. col. 676. Robert. Gagnum in Hist. Francorum, Salazar, fol. 436. Vega Palest. 3. cert. 20.

Item, eadem Academia ad annum 1330. statutum sancivit ac promulgavit, *ne in Universitate contra immunitatem Virginis MARIE à peccato originali impostum aliquid in Cathedralis, edocentur, aut in conclusionibus propugnaretur.* Ita Joannes Baccon. in 4. dist. 2. quæst. 4. art. 3. Christoph. de Vega, Palest. 3. cert. 20. fol. 133.

Pinciana in Regno Castellæ, Virginis MARIE immunitatem à peccato originali, Conceptionemque ejus non solum fuisse Immaculatam & in gratiâ, sed etiam in gloria, piè sustinuit, pro viribus propugnavit, & apud fidei Inquisitores instituit, ut publicè id divulgaretur: quod factum fuit particulari decreto, & exceptum summo omnium applausu ac lætitia. Vide Joannem Antonium Velazquez, lib. 3. de MARIA Immaculatæ concepta, dissert. 3. adnot. 3. fol. 292.

Saguntina in Regnis Hispaniæ, votum singulare ac omni pietate plenum emisit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione. Quod quidem quia nimis latum, hîc non recensemus. Vide ipsum in nostro Armament. Seraph. à col. 456. usque 459. de quo etiam Velazquez fol. 356.

Salmanticensis in Hispania, quæ prima est & omnium scientiarum Princeps, sic votum emisit de tuenda Immaculata Virginis Conceptione: *Votum facimus, & sanctè promittimus ac juramus, te, quam semper beatam, semperque benedictam & Immaculatam*

A a a a a

culatam

cularam uno omnes ore prædicamus, Sanctam quoque à primo tua Conceptionis instanti ac per IESU Christi tui, Dei que Filij unigeniti merita, ab aternitate prævisa, divinâ sic gratiâ præservante ab originali peccato immunem fuisse, constanter tum privatim, tum publicè asserturos, defensuros, prædicaturos, & nullo unquam tempore vel latum unquam ab ea sententia recessuros, &c. Vide reliqua in nostro Regesto Armamentar. Seraph. à col. 373. usque 379. & Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta dissert. 8. adnot. 1. fol. 396. Vega palest. 3. cert. 20. fol. 134. Hujus Academiæ votum extat impress. Salmantice, anno 1618. in 4. apud Antonium Ramirez. Habemus illius voti etiam testimonium authenticum.

Toletana in Regno Hispaniæ, votum emisit defendendi puram & præservatam à culpa originali Sanctissimam, atque Immaculatam Conceptionem Domine nostre Sancte MARIE Matris Domini nostri IESU Christi. Vide Armament. nostrum Seraph. in Regest. col. 357. Velazquez fol. 356.

Archiepiscopus Toletanus D. D. Bathasar de Moscofo S. R. E. C. concessit quinquaginta dies indulgentiarum facientibus hoc juramentum seu votum secundum formam orationis, quam in Missa & officio hujus mysterij instituit Ecclesia, quæ his characteribus redditur, tuncque ipsa Ecclesiæ verba. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti; quæsumus, ut sicut ex morte ejusdem Filij tui prævisa eam ab omni labe præservasti, & sicut toto eam corde profitemur defendemusque semper præservatam; ita nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas, & tui Sanctissimi Corporis communionem & in hora mortis nostræ. Amen. Hanc Conceptionis Immaculatæ defensionem quatenus mihi per Ecclesiam &c. promitto & juro: ita me Deus ad se pervenire concedat, &c. Impress. in charta expansa cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Tolosana in Gallia, assertioni piissima de Immaculata Virginis Conceptione à diebus antiquis firmiter adhaesit. Ita Antonius Cucharus Episcopus Acomens. p. 2. Elucidarij fol. 64. Armament. in Regest. col. 470. Velazquez fol. 360. Vide Vincentiam victum, ubi dicitur, quomodo damnari librum Petri de Vincentia contra Conceptionem Virgineam, &c.

Tarraconensis in Regno Aragoniæ, votum seu juramentum emisit de tuendo mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE Dei Genitricis. Sic Joannes Antonius Velazquez libro 4. de MARIA Immaculatè concepta, dissert. 8. adnot. 1. fol. 356.

Thubigenensis in Ducatu Wittenbergenfi, præservationem Virginis MARIE à peccato originali, & à communi hominum labe tuetur & defendit. Ita Trithemius in Chronicon Spanheimensi ad annum 1494. Armamentarium in Regest. col. 677.

Valentina, seu Universitas præcipua in Regno Valentia, sic juravit & vovit defendere ac tueri Immaculatam Conceptionem Virginis MARIE: Ego N. juro, quod quatenus per Sanctam Sedem Apostolicam licebit, tenebo, tuebor, defendam, prædicabo, atque docebo Beatissimam Virginem Dei Genitricem MARIAM, præveniente Spiritus Sancti gratiâ, absque ulla peccati originali labe fuisse conceptam: sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Vide Appendicem Regest. Armament. Seraph. col. 664. Auctoresque ibi citatos, quibus adde Joannem Antonium Velazquez fol. 359. & Novaes fol. 353. Suarium tom. 2. in 3. p. disp. 3. sect. 5. Vega Palest. 3. certam. 20. folio. 133. Vazquez tom. 2. in 3. p. disp. 117. cap. 6.

Vallisoletana in Hispaniarum Regnis, edidit juramentum de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, sic: Omnes simul, & per se quisque publicè ac solemniter, juramus Deum & Crucem ac Sacrosanctam Dei Evangelia, per nos corporaliter tacta, doctrinam disserentem gloriosam Virginem Dei Genitricem MARIAM præveniente & operante divini muneris gratiâ singulari, nunquam actualiter subiactisse originali peccato; sed immunem semper fuisse ab originali culpa, sanctamque, & Immaculatam, tanquam piam & consonam culeni Ecclesiastico, rectæ rationi, ab omnibus & singulis præfatis fore tuendam amplectendam ac tenendam, sive prædicando, sive docendo, sive in concertationibus tam publicis, quam privatis, &c. Vide Armament. Seraph. in Regest. col. 372. & Velazquez fol. 357. De modo quo fecit statutum, convocatis Doctoribus die 21. Decembris anni 1618. habemus manusc. aliqua instrumenta apud Michaëlem de Bezerra, & Antonium Arias.

Viennensis in Imperio, ad annum 1501. die 13. mensis Octobris, pro fidei veritate ac defensione purissima Conceptionis beatissimæ MARIE semper Virginis determinavit eam ab omni originali macula semper præservatam, exemptam & immunem, contrariamque assertionem impiam & erroneam judicavit. Nihilominus decrevit neminem in Theologia promovendum deinceps, nisi juret, quod nunquam velit favere opinioni contrariæ in aliquo. Ita Trithemius, & Surius in Appendice ad Nauclerum. Velazquez, Armament. & alii. Item, hoc votum seu statutum de Immaculata B. Virginis Conceptione renovatum fuit ab Universitate ex mandato sacræ Cæsareæ Majestatis in pleno consistoriali, & è quatuor facultatibus delegatorum congregatione, unanimi omnium consensu conclusum die 2. Maii anno Domini 1649. à sacra Cæsarea Majestate, Polonij confirmatum 17. Maii. Forma autem juramenti hæc est: Ego N. spondeo, voveo ac juro me juxta Summorum Pontificum Pauli V. & Gregorij XV. Constitutiones publicè ac privatim velle prætere & asserere Beatissimam Virginem Dei Genitricem MARIAM absq. originalis peccati macula conceptam esse, donec aliter à Sede Apostolica diffinitum fuerit: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. De hoc juramento extat latissimum exemplar imp. Vien. apud Math. Riccii 1649. in 4. De hoc etiam agit Velazq. lib. 4. de MARIA Immaculatè concepta, à fol. 359. Thomas Gagliardus à Geraze tomo 2. Adamantis MARIE. Marrac. Christoph. de Vega in Theolog. Mariana, folio 138. à num. 442. usque 458. Item, elaboravit Opusculum, cujus inscriptio est: MARIA Virgo Immaculatè concepta, publico voto Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris in Austriæ patronam electa, ab antiquissima ac celeberrima Universitate Viennensi dicto ad Aras publico sacramento futuris temporibus defendenda, &c. Lib. impress. Austriæ 1649. in 4.

Ulyssiponenfis Regia in Lusitania, votum emisit ad annum 1646. de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, juxta votum Universitatis Conimbricensis. Vide Sebastianum de Novaes in libro: Liliun inter spinas, fol. 371. vel 361.

Urfaonenfis, Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE mysterium pro viribus defendit, ut refert Joann. Mal-

Malderus Episcopus Antuerpiensis in r. 2. Divi Thomæ quest. 81. Wadding. in leg. de Concept. sect. 3. tract. 13. §. 1. num. 4. Novaes folio 394.

VOTA seu Juramenta, ultra ea, quæ sparsim in hoc Opere attulimus, diversæ Communitates emisissent.

Agreda Dicecesis Tarazonens. die 16. Dec. 1655.

Alcantaræ Ordo Militaris, die 2. Februarii 1653.

Extat impress. Matrili apud Dominicum Garcia Morras cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Aleaniz civitas Aragoniæ, votum emisit, de quo solum habeo relationem.

Almagri Villa cum D. Joanne Rejone de Silva; & Sotomaiore, anno 1653. Impress. in folio.

Angelorum Congregatio, communiter dicta Æthiopum in Ecclesia S. Rochi Hispalen. die 26. Julii 1653. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Extat etiam de hoc voto alia charta expansa cum eadem imagine.

Animarum Purgatorii Congregatio Hispalensis, die 25. Maii anno 1653. in charta expansa cum imagine S. Michaëlis alludente ad hoc mysterium.

Annuntiationis Congregatio in Domo professa Societatis Jesu Toletan. die 16. Februarii 1653.

Antonii de Padua Congregatio Matritensis, die 22. Junii 1653. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Ascensionis Dominicæ Congregatio sita in Domo professa Societatis Jesu civitatis Valentia 1653. Ex Leone.

Athanasii Congregatio in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis, die 1. Junii 1653. Impress. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Barchinonensis civitatis votum antiquum, ut constat ex tabula, incipit: In nomine Sanctissimæ & individua Trinitatis. Impress. in charta magna Cæsaraugusta 1619. Item, & Universitatis, ut continetur in quodam rescripto, sub hoc titulo: Relacion sumaria de como la Universidad de Barcelona renovò el decreto del juramento antiguamente en ella establecido acerca de la Immaculada Conception de la Virgen Madre de Dios y Señora nuestra, y de las fiestas que con esta ocasion se hizieron en toda la ciudad por el mes de Noviembre de 1618. &c. cum imagine Immaculatæ Conceptionis. Imp. anno 1619. in folio.

Bernardi Congregatio Hispalensis seu Hospitalitatis Domus pro infirmis decrepitis, die 9. Martii 1653. Impress. in folio cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Cæsaraugustana civitas. Impress. in fol. an. 1619. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Calatravæ Ordo Militaris, die 23. Decembris 1652. Impress. in folio cum aliis chartis ad ipsum votum spectantibus.

Ceuta vel Cepta cum sua Ecclesia, die 2. Februarii 1653. Impress. in folio.

Charitatis Confraternitas sita in Hospitali Sancti Georgii Hispalen. die 9. Februarii 1653. Ex Leone.

Chirurgi Matritensis Curia. Impress. die 13. Maii anno 1653. in Conventu S. Philippi.

Christi Crucifixi Congregatio sita in Capella dicta Fidei, Parochialis Ecclesiæ S. Sebastiani. Impress. die 9. Februarii 1653.

Christi Domini Crucifixi Congregatio sita in Ecclesia Parochiali S. Genesii. Impress. die 3. Maii an. 1653. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Christi Domini Congregatio sita in Ecclesia Pa-

rochiali Mozarabæ SS. Justæ & Ruffinæ civitatis Toletanæ, die 16. Martii 1653. Ex transumpto manuscripto.

Christi Salvatoris Congregatio sita in Hospitali dicto de Anton Martin Religionis B. Joannis Dei Matriten. die 9. Februarii 1653. Impress. in folio.

Complutensis Nobilitas in Ecclesia SS. Justæ & Pastoris, die 16. Februarii. Impress. 1653. in fol.

Conceptionis Congregatio sita in Collegio Patrum Societatis Jesu, die 31. Decembris, an. 1652. Impress. in fol. Item, nobilis & numerosa Congregatio Scholasticorum Academiæ in eodem Collegio Societatis Jesu sita.

Conceptionis Congregatio sita in Ecclesia S. Salvatoris Matritensis, die 17. Aprilis 1653. Impress. in fol.

Conceptionis Congregatio sita in Domo professa Societatis Jesu Hispalensis, die 24. Februarii 1653. Ex Leone.

Custodiæ tres ex latere Regis Hispaniarum, in Conventu Beatæ Mariæ de Mercede, die 18. Septembris 1653. Impress. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Doctrinæ Christianæ Congregatio, seu de Sanctissimo Sacramento, sita in Domo professa Societatis Jesu Hispalen. die 23. Februarii 1653. Ex Leone.

Dominæ nostræ de la Antigua Congregatio Matriten. die 25. Martii 1653. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Dominæ nostræ de Exilio Congregatio, die 20. Januarii 1653. Extat impress. Matrili in fol.

Dominæ nostræ de la Novena Congregatio, in Ecclesia Parochiali S. Sebastiani Matriten. die 7. Martii 1654. Impress. in fol.

Dominæ nostræ Spei in Parochiali Ecclesia Sancti Jacobi Matritensis, die 21. Decembris 1653. in fol. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Familiares Sancti officii Inquisitionis, seu Congregatio S. Petri Martyris, die 30. Maii 1653. in fol.

Genuensis Civitas, anno 1625. cum particularibus circumstantiis.

Hermenegildi Confraternitas in Ecclesia ejusdem Sancti, die 29. Februarii 1653. Ex Leone.

Hosca Civitas in Regno Aragoniæ, propter quandam pestem votum emisit, anno 1450. de jejunando in Vigilia, quod postea renovavit anno 1620. De quo habemus authenticum testimonium apud Joannem Vincentium Malum Notarium. Vide etiam Armament. nostrum.

Jacobi Ordo militaris, die 30. Decembris, anno 1652. Impress. separatim, & apud Vegam cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Lauretana Congregatio Matritensis. Impress. in fol. absque anno & die.

Lucrunensis Civitas. Vide supra, lit. L.

Mancipiorum Confraternitas Sanctissimi Sacramenti Matriten. die 25. Februarii, anno 1653. in fol.

Marchena Villa cum D. D. Roderico Ponce de Leon, & filijs ejus Emmanuele Ponce & Josepho, ad annum 1653. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

Mariæ Magdalena Confraternitas, sita in Curia regali Matritensi, anno 1619. die 10. Februarii. Impress. cum imagine Immaculatæ Conceptionis ex una parte, & ex altera Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ.

MARIE Miraculorum Congregatio, in Monasterio Carmelitarum sita, anno 1653. die 11. Februarij. Extat etiam aliud rescriptum de eodem juramento.

Martinus Carrillo de Alderete, Archiepiscopus Granatenfis, recepit votum factum à Congregatione Spiritus Sancti sita in Collegio Sancti Pauli Granaten. pro Immaculata Virginis Conceptione. Ex Leone.

Matritensis Villa, seu Curia Regia Hispaniarum, anno 1621. & postea anno 1653. die 16. Februarij ipsum renovavit.

Mesta & Cabaña regale Consilium, fecit votum de tuenda *Immaculata Virginis Conceptione*, ut extat impressum, sub titulo: Voto, juramento del honrado concejo de la Mesta Cabaña Real en reverencia y defenfa de la pura y limpia Concepción de la Virgen MARIA Madre de Dios Señora nuestra. Hiçole en la villa de Alcovendas Domingo 15. de Marzo 1554. siendo su presidente el Señor Don Lorenzo Ramirez de Prado, &c. Impr. Matriti, eodem anno in 4. cum imagine pulchra Immaculatae Conceptionis in charta expansa, & habet Carmina multa Hispanica pro ipsa Immaculata Conceptione.

Misericordiae Domus Hispalensis, die 26. Januarij 1653. in charta expansa cum imagine Immaculatae Conceptionis.

Nativitatis Congregatio sita in Domo professa Societatis Jesu, die 9. Februarij 1653.

Petri Sanctissimi ac Apostolorum Principis Congregatio sita in Parochiali Ecclesia Curiae Matrit. die 9. Februarij 1653.

Pueri sanctissimi amissi Congregatio Succursus & Refugij in Domo professa Societatis Jesu, die Dominica infra octavam Regum anno 1653. Impr. in folio cum imagine Immaculatae Conceptionis; & extat etiam alia charta impressa de eodem voto.

Sacramenti sanctissimi Congregatio in Ecclesia Sancti Salvatoris Hispalensis, die 1. Junij 1653. cum pulcherrima imagine Immaculatae Conceptionis.

Sacramenti sanctissimi Congregatio sita in Ecclesia S. Ludovici, die 18. Maij 1653. Impress. cum imagine Concept.

Salvatoris Congregatio Matritensis, die 25. Maij 1653. Impress. in folio.

Sanctissimi Sacramenti Congregatio Hispalensis, die 25. Maij anno 1653. in Parochiali Ecclesia S. Michaelis.

Sanctissimi Sacramenti Congregatio Metropolitanae Ecclesiae Hispalensis, die 27. Aprilis 1653. in folio cum imagine Conceptionis. Extat etiam alia charta expansa de eodem juramento cum eadem imagine Conceptionis.

Schola Grammaticae D. Bernardi Escudero, die 23. Martij 1653. Impress. in folio.

Scholasticorum Congregatio sub titulo Annuntiationis Virginis MARIE in Collegio Societatis Jesu Matritensi, die 26. Januarij 1653. Impress. in folio.

Spiritus Sancti Congregatio civitatis Granatenfis, sita in Ecclesia S. Pauli Societatis Jesu, die 24. Februarij 1653. Ex Leone.

Spiritus Sancti Congregatio sita in Domo professa Societatis Jesu Valentiae, anno 1653. Ex Leone.

Tiraviensis Academia in Germania, anno 1657. die 17. Junij cum Rectore Academiae & Faculta-

tis, sacrum ritu solemniter celebrante Archiepiscopo Georgio Lippai Strigoniensi, ac Regni Primari, *Immaculatae Conceptionis mysterium* defendendi, se solemniter ac publico voto obstrinxit. Sic Joannes Nadasi in suis Annalibus Marianis, num. 1383. folio 616.

Toletana Sancta Ecclesia, votum seu juramentum emisit pro hoc mysterio, cuius nos transumptum manufer. habemus; & incipit: Omnipotens Dei Patris, &c.

Trinitatis sanctissimae Congregatio, dicta de Ave MARIA, in Conventu Matriten. anno 1621. die 19. Decembris. Impress. cum imagine Immaculatae Conceptionis. Idem votum renovavit anno 1652. die 21. mensis Decembris.

Trinitatis sanctissimae Congregatio civitatis Valentiae, in Domo professa Societatis Jesu, an. 1653. Ex Leone.

Zuera-Villa in Aragoniae Regno. Impress. in charta expansa cum imagine Immaculatae Conceptionis 1619. & etiam Caesaraugusta an. 1621. in folio cum imagine Immacul. Conceptionis.

URBANUS de Mellico, Canonicus Ecclesiae S. Stephani Viennae, fuit *Immaculatae Conceptionis B. Virginis assertor*; ut refert Joannes Ludovicus Schonleben, in lib. Orbis universi votorum, Auctore 25. fol. 43.

URBANUS de Oyst, Praefide R. P. Paulo de Becourt Belga Provinciae S. Andreae, in Thesis de Unione hypostatica, ad D. D. Josephum Bergaigne Archiepiscopum & Ducem Cameracensem, &c. fol. 9. ait: *Beata Virgo MARIA concepta fuit sine peccato originali*. S. Augustinus veritatem *Immaculatae Conceptionis* penetravit, consulto tamen ab ejus expressa assertionem abstinuit propter haereticos Pelagianos, qui peccatum originale in omnibus profus evacuabant, &c. Impress. Cameraci 1647. in 4.

URBANUS Papa VIII. (antea Maffaeus Barberinus dictus) sua pietate, benignitate ac mandato erexit Religionem Militiae Christianae, sub titulo *Conceptionis Beatae MARIE semper Virginis Immaculatae*; ut videri est in Constitutionibus praedictae Militiae. Impress. Romae 1625. in 4. Marrac. in Pont. Marian. fol. 252.

Item, concessit ut in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum de Urbe celebrari possit festum *Conceptionis Beatae MARIE Virginis Immaculatae*; etiam si Dominica secundae Adventus venerit. Incipit Bulla: Sanctae & Immaculatae.

Item, restituit & ordinavit Martyrologium Romanum Italicè, & ad diem 8. Decembris habet: *La Conceptione della gloriosa sempre Vergine MARIA Madre de Dio*, cum annotatione in margine, pro qua vide lib. impress. Romae 1636. in 4.

Item, Militiae *Conceptionis* habitum misit ad Reginam Hispaniarum Isabelam, cum Indulgentiis omnibus S. Caroli Borromaei, Quinque Sanctorum, & Comitum de Monterrey, ac cum plenissima remissione omnium peccatorum in articulo mortis. De quibus extat Epistola ejusdem Summi Pontificis ad praedictam Reginam Isabelam, quae incipit *Charissima in Christo*. Die 20. Septemb. 1625. Vide Hippolytum Marraccium in hoc Summo Pontifice, folio 252. & Velazquez de MARIA Immaculate concepta, dissert. 6. adnot. 2. fol. 349.

Item, praedictus Summus Pontifex Romae primum suis manibus jecit lapidem in Templo Fratrum Capuccinorum, sub hoc titulo *Immaculatae Conceptionis*,

ceptionis, cum numismate in una parte Pontificis faciem referente, cum Epigrapha: Urba. VIII. Pontifex Maximus; in altera verò Templum cum inscriptione Ecclesie Beatæ Virginis Conceptionis. Vide prædictum Marrac. cap. 95. fol. 253. & Joannem Antonium Velazquez, loco supra citato.

Item, concessit Jubilæum Domini Professæ Societatis Jesu Hispanen. in festo Conceptionis Virginis *MARIE*. Incipit: Ad augendam. Romæ 12. Decembris Pontif. sui anno 12. Quintanadueñas tomo 1. Theol. Moral. in Appendice, tract. 3. fol. 295.

Idem, dedit Bullam & Indulgentias pro erectione Confraternitatis Conceptionis *B. MARIE Virg.* in Conventu Minorum Nivelæ in Flandria: Cùm sicut accepimus, die 6. Junij 1639. Pontificatus sui anno 16. & adducitur in lib. ejusdem Confraternitatis.

Item, damnavit propositionem Michaëlis Baij Doctoris Lovaniensis, quæ est in ordine 7. circa Conceptionem Virginis *MARIE*; & confirmavit constitutionem Pij V. de hac re. Bulla incipit: In eminenti Ecclesie. Data Romæ apud Sanctum Petrum, anno 1641. pridie Nonas Martij sui Pontificatus anno 19. & extat in 3. tomo de Ente supernaturali R. P. Joannis de Ripalda ad finem; & nos in nostro Bullario habemus copiam.

URBANUS Quartus Pontifex Maximus, qui sedit ad annum 1261. per instinctum Spiritus Sancti, sua constitutione etiam accepta à Concilio Viennensi celebrato sub Clemente V. ordinavit ut universaliter celebraretur festivitas Conceptionis Virginis *MARIE*, &c. Hæc dicit & probat ex aliquibus Doctoribus Felix Antonius Brognanius in libro de vita Christi & *MARIE*, fol. 19.

URSULA Benencasa Neapolitana, Templum à fundamentis ex divina revelatione ædificavit sub titulo Immaculatae Conceptionis Virginis *MARIE*, cujus festivitatem solemnissimâ pompâ celebrabat. Vide alia apud Marrac. in Liliis Marian. fol. 373. ex libro edito pro ejus Canonizat. Neapoli 1627.

USUARDUS vel Iuardus, Monachus Benedictinus Gallus, pro Conceptione sacratissimæ Virginis *MARIE Genitricis Dei, & Domini nostri IESU CHRISTI* Kalendam; ut videre est ejus Martyrologio in Historia Christiana Laurentij de la Barre. Imp. Parisijs 1583. in folio.

Item, in ejus Martyrologio ad diem octavam Decembris, sic habetur: Conceptio gloriosa Virginis Dei Genitricis *MARIE*, sicut concepta est in utero Beatæ Annæ matris suæ. Sic in libro antiquo impress. Coloniae 1490. in 4. regali, & Antwerp. 1583. in 8.

WALAMBOSUS Merio, discipulus Hautberri Hispanensis Hispanus, continuavit Chronicon sui Magistri, in quo aliqua monumenta reperiuntur pro Conceptione *B. Virginis*. Scribebat anno 956. Ita Zapata in suis Notitiis de Conceptione.

WALDERICUS Pindor, Doctor Theologus, in libro dicto: Speculum Passionis Domini nostri IESU CHRISTI, de Rosario Virginis *MARIE*, fol. 78. vocat *Virginem MARIAM Immaculatam*, &c. Impress. Nuremberg. 1519. in fol.

WAMBA Rex Hispaniæ, ad annum 672. juxta Anton. Lupian in Epitome circa principium, fecit sequentia: El Señor Rey Wamba siguiendo las pisadas del alevé Paulo su capitan, un privilegio que concedio al Abbad de S. Salvador Liubiente, que original permanece en el archivo del Monasterio de S. Miguel de Cuxan, dice que le otorga la

villa y Iglesia de Libia (pueblo antiguo en el condado de Cerdaña) con condicion que celebre la fiesta de la Concepcion, &c. Tribuo vobis villam & Ecclesiam S. Salvatoris de Lybia, tali autem tenore, ut in unoquoque anno faciatis festum in honorem Beatæ & Immaculatae Genitricis Dei Conceptionis, quam Hispanis prædicaverunt sanctissimi viri Jacobus, Petrus, & Paulus Apostoli Domini. Hæc habet qui supra §. Desta predicacion.

WERNERUS Abbas Monasterii B. Blasij, Ordinis S. Benedicti in Nigra Silva Constantien. Diocesis. in lib. De florationum sive Excerptionum ex melliflua diversorum Patrum, signanter S. Augustini, Hieronymi, &c. in expositione de Nativitate Christi, inquit: Dicitur est nimirum alibi, quia hoc quod assumitur ad prolem de parente, nullam habet voluntatem, ideoque nullum peccatum. Iraque perspicuum est, quoniam in eo quod Filius Dei in suam personam assumpsit de Virgine, nulla potuit esse macula peccati, &c. Item, in expositione Dominicæ 16. post Pentecost. dicit de Christo: Natus in gloria, conversatus sine macula; quid potuit de illo trahere, quem contraria venit actione destruere? sanctæ origini vita sancta respondet, qui sine peccato est genitus, nulla est mundi labe superatus. Suscepit verum hominem naturam, non vitium: respuit quod protoplastus deliquit, & assumpsit hominem purissimum quem creavit, non peccatum suscipiens; sed carnem peccati sine aliqua injuria pollutionis assumens, &c. Lib. impress. in folio.

WERRICUS N. super Ecclesiasticum, cap. 24. ad illa verba: Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, inquit: Bene autem ait: non flos; sed flores, quia cum Virgo sancta est flos virginittatis, in ea multiformis est. In *MARIA* tamen gratia singularis præ omnibus multipliciter floruit, quæ tota pulchra intus & foris, tota vernabat quadam florentiâ, & venustate pudoris, &c. Extat apud Godesfrid. Tilman. in Allegorijs, fol. 279. Parisijs 1514. in 4.

WIFREDUS Secundus Comes Barchinonensis, juxta Ant. de Lupian in sua Epitome Conceptionis, fecit sequentia: Edificò el Monasterio de S. MARIA de Leula de Monxas de S. Benito al presente unido al de S. Cruz, en cuja fabrica manifestò el afecto y devocion que tenia à este santo mysterio en una lapida muy grande que pufo y se conserva en el portico del mesmo Monasterio, bien curiosa, y que explica con mucha claridad dos lugares de S. Pablo: por la una parte esta de relieve una grã multitud de gente de todos estados, que parece quiso decir que era todo el genero humano, y encima la dicha multitud estan estas palabras: Omnes in Adam peccaverunt; y en la otra parte de la misma lapida esta del mesmo relieve una imagen de N. Señora, y à sus pies las palabras que escriviò ad Rom. 5. Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia, &c. in plures abundavit. No intento escrivir escolastico, porque son innumerables los Doctores y Expositores que sienten formalmente en estas ultimas palabras de S. Pablo, que excluyen à N. Señora de las primeras, apelando aquellas ultimas voces: In plures abundavit, sobre *MARIA* santissima, y esto mesmo es lo que da à entender la mesma lapida apartandola del genero humano, para exceptuarla del pecado original, en que incurrieron los demas hijos, y descendientes de Adan. Hæc in dicta Epitome.

WIGANDUS Cauponis, Ordinis Prædicato-

rum,



rum, cum ad annum 1494. contra Joannem Trithemium Abbatem Spanheimensem acrem habuisset controversiam circa puritatem Immaculate Conceptionis Virginis MARIE, tandem veritate convictus post biennium edito quodam Opusculo opinionem suam abjuravit. De quo vide Henricum Spondanum, ad annum 1594. num. 4. Habemus retractionem ipsius, impress. ac etiam extat Lovanii in hoc Fratrum Minorum Conventu. Vide Radios Solis Veritatis, & Manuscript. antiquum apud nos.

**WIGULEUS** Hunt à Sucelmos Juriscōsultus, ac supremi Bajorum Senatūs Præses, in libro de Metropoli Salisburgensi, tom. 3. de festo Conceptionis Sanctæ MARIE Caput unum, seu Rescriptum Adami Dei-patientiæ, fol. 45. Impr. Monachij 1620. in fol.

**WILHELMUS** Damasus Lindanus, Episc. Dor-dracenus & Gandibensis, in Panoplia Evangelica; sive de Verbo Dei Evangelico, &c. libro. 3. cap. 19. folio. 102. inquit: Ad hæc, si Deus ipse de Zacharia & Elisabeth (ut alios innumeros silentio prætermittam) pronunciat per D. Lucam fuisse justos ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela; quid obsecro æquum est de Petro & Paulo sentiamus? Ut nihil de Sacrosancta Virgine Matre MARIA dicamus, quam & nos cum Divo Augustino de Natura & Gratia, cap. 36. cum de peccatis agitur, una cum Filio Domino nostro IESU CHRISTO ubique volumus exceptam, &c. Lib. impress. Parisijs 1564. in 8. & Colonia Agrippinæ 1575. in fol.

Item, in Missa Apostolica, sive: Divinum Sacrificium S. Apostoli Petri, vocat Dei Genitricem Virginem MARIAM Immaculatam. Lib. impress. Antuerpiæ 1589. in 8. Vide verb. Petrus Apostolus.

**WILHELMUS** Monachus Affligemensis, in lib. in Cantica Canticorum de Cœlesti Sponso super benignissimo Domino nostro Jesu CHRISTO, & ejus singulari Sponsa Virgine gloriosissima MARIA Elucidatione; in prologo, sic inquit: Hæc enim ab æterno præelecta, a Patribus cælitus repromissa, mysticis miraculis præfigurata, oraculis Prophetice prænuntiata, de femine fidelis Abrahæ, regali progenie, generosa David stirpe exorta, in utero ab omni culpa originalis contagio præservata ac sanctificata, præ cunctis supernis charismatibus, omnique sanctitatis benedictione adimpleta, &c. Et ad illa verba: Sicut lilium inter spinas; sic inquit: Porro tu unica Dei dilectissima Virgo totius superbeatissimæ Trinitatis media & amica ac sociâ, ab omni culpa prorsus es immunis, in qua fomes plene est extinctus &c. Et infra, ad illa verba: Ferculum fecit sibi, &c. ait: Christus verus Rex pacificus, secundum quod Deus fecit corpus & animam super benedictæ Virginis; corpus ejus fecit per causas secundas formando, cujus & materiam in exordio produxit ex nihilo; animam quoque ejus felicissimam per se immediatè creando; fecit spiritualiter hoc ferculum, sanctificando & decorando illud per gratiam copiosam, &c. Hæc igitur sola omnium mortalium concepta est, lege quidem propagationis, sed sine originali peccato, que insuper sanctificata est, & gratiâ repleta in utero, antequam nata, &c. Et ad illa verba: Tota pulchra es amica mea; torum caput explicat de B. V. immunitate, de qua etiam passim agit alibi. Est liber MS. apud nos in 8. & Doctor antiquus.

**WIVINA** Virgo, Fundatrix Monasterij Majoris Bigardiz in Brabantia, in Breviario suo, quod

asservatur in eodem Monasterio tanquam reliquia singularis, eod quod eo uteretur. eadem Sancta; hæc habet rubricis Litteris in Kalendario: *Conceptio B. MARIE Virginis.* Extat manusc. in membranâ antiquissimo charactere. Floruit hæc Sancta anno 1133. secundum Molanum, & alios.

**WLADISLAUS** quartus Poloniae Rex, instituit Ordinem Militarem sub titulo *Immaculate Conceptionis Virginis MARIE*; & una ex institutionis clausula sic se habet: Dependebit à torque Crux rubea, in cujus medio conspicietur imago Virginis conceptæ, candida, dæmonem pedibus conculeans, his verbis suppositis: *Vicisti, Vince*, hoc in signo vere nostro. Utantur hoc insigni Equites & ipse Princeps in omnibus diebus, qui sacratissimæ cælorum Reginae patronæ nostræ sunt dicati; sed potissimum die Conceptionis ipsius, quem particulariter observabunt, &c. Vide alia in Hippol. Mar. in Reg. Mar. fol. 321.

**WOLFANGUS** Guilielmus, Comes Palatinus Rheni, scripsit Epistolam ad Urbanum VIII. Pont. Maxim. pro diffinitione *mysterij Purissimæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIE*, datam Bruxellæ, kalendis Julij, anno 1624. Incipit: *Est non latet.* Hippolytus Marraccius in Principibus Marianis, & in Biblioth. Mar. part. 2.

**WOLFGANG** Kilian. civis Augustanus, in lib. *Serenissimorum Austriae Ducum*, in prima pagina, inquit: *Anno sine labe partus 1623* volens dicere, anno V. MARIE partus, &c. Extat impress. in fol.

**WOLFGANGUS** Soccius, Sacre Theologiae Doctor & Juris Licentiat, atque S. Stephani Canonicus, qui dicitur vixisse circa annum 1493. sermone 30. sic inquit: *Est autem triplex v. à quo fuit liberata Virgo sancta. A v. culpa originalis, & à v. culpa venialis, & à v. mortalis.* An iste sit distinctus à Soccio Cisterciensi, quem citant Adversarij pro sua opinione, nescio: de eo in Radijs Solis Veritatis. Vide Peruzzinum, pag. 94 & Joannem Ludovicum, tom. 4. pag. 59.

## X.

**XEREZ** de la Frontera, Civitas in Hispania; habet Capellam, & insignem Confraternitatem *Immaculate Conceptionis Beate Virginis MARIE*, à tempore immemorabili, quæ civitatis est Patrona: Vide supra col. 1020. verb. Martinus de Roa.

## Y.

**YÑIGUS** de Lodosa Navarra, Societatis Jesu, in libro: *Señal de Predestinados, la devocion con la Virgen nuestra Señora*, cap. 6. fol. 91. sub hoc titulo: *Fue concebida MARIA sin pecado original*, para que los hombres cobrasen esperanza de salvarse por medio suyo, &c. Impress. Pampilonæ 1658. in 8.

**YVO** Antonius Turpin, Ordinis Minorum, in *Cosmographia Seraphica, de Conceptione Virginis MARIE absq. peccato originali*, Polum unum, seu Sphæram, fol. 300. Lib. impress. Romæ 1651. in 4.

**YVO** Carnotensis Episcopus, in sermone de Nativitate Domini, loquens de Beata Virgine, sic inquit: *Quomodo autem Matrem carnis suæ sanctificaverit, deinceps audiamus: ac inde latetur Catholicus, immundus confutetur hæreticus; omnem quippe nævum, tam originalis, quam actualis culpa, in ea dele-*